SIXTINI AMAMA

CORONIS

AD

GRAMMATICAM

MARTINIO-BUXTORFIANAM,

continens

1. *Explicationem omnium ſpecialium Anomaliarum, aliarumq; difficultatum textus Ebraïci, ordine Biblico inſtitutam.*

2. *Diſſertationem de Keri & Chetib, id eſt, variis lectionibus, literis majuſculis, minuſculis, ſuſpenſis, inverſis, &c.*

3. *Conſilium de ſtudio Ebraïco benè inſtituendo.*

AMSTELRODAMI,

Apud Henricum Laurentium Bibliopolam.

Typis Fr. Heynſii Typogr. in Acad. Franck. 1625.

CONSILIVM DE STVDIO EBRAICO feliciter instituendo.

QVia hoc tempore multi in his provinciis, non sine providentiâ divinâ, ad sanctæ linguæ studium, laudabili impetu, ferruntur, ac à plurimis verbi divini ministris rogatus sum consilium, quo pacto & ordine illud institui debeat, non gravabor illud hîc adjicere. Dum verò illud ago, hoc simul ostendam, eam, quam nupera Synodorum Belgicarum decreta in Ministerii Candidatis in posterum exigunt, Ebraismi peritiam, spatio trium mensium, etiam à mediocri ingenio, sub aliquo saltem manuductore, commodè posse acquiri. Quod ubi ostendero, palmarium quorundam argumentum, quo laudabilia illa decreta evertere sategerunt, dissipavero.

Qui Ebræam linguam compendio vult discere, assuescet unis Grammaticæ, eique methodicæ & plenæ. Nihil enim magis Tyroni noxium, quam per multas Grammaticas volare. Nos in sequentium nostræ Martinio-Buxtorfianæ vestigia legemus. In ea ergo primò a) vocalium, consonarumque nomina, figuras & potestates memoriæ insculpet, atque ut firmius hæreant, mox, arrepto calamo, singulas pingere incipiet. Inde ad b) syllabas componendas accedet, ubi præcipua difficultas erit in ça vel mûno. At si literam eo signatam præcedenti syllabæ in pronunciando semper adjecerit, nulla erit; & Græcorum

a) lib. 1. cap. 1.

b) cap. 2.

c) Græcorum Latinorumque exemplo se tuebitur, qui legunt nos τ.τ, τυπ-τω, cum tamen juxta Grammaticorum Canones ς & ϖ ad syllabam sequentem pertineant. Doctrinam de Dages lenicum ingeniorum carnificinam tuto transiit, ut & distributionem consonarum §§. 11. 12. & sequentibus capue 1. propositam. Atque hoc unius septimanæ pensum esto. Equidem multos habui discipulos, qui breviori spacio accurate legere didicêrunt. c) p. 11.

II. His fundamentis jactis, accedet ad d) notationem, Partem enim priorem capitis 3. qua de accentibus, ad lectionem & primæ septimanæ pensum refero. Inde progredietur ad e) generalia de voce numeri, ad utramque f) declinationem & g) Pronomina. Ita tamen, ut doctrinam de contractione numeri, cap. h) 6. & i) 7. & affixis cap. 8. ad Syntaxin reservet. Quibus resectis, cætera septimanæ spacio commodè d sci poterunt. d) cap. 3. §. 10. e) cap. 4. f) c. 6. & 7. g) cap. 8. h) a § 11. usque ad 12 i) a § 7. ad 11 nec non §. 17.

III. Ita accedet ad verba. Caput. 9. continet generalia, ac proinde bene expendendum est, atque ad illud examinanda sequentia paradigmata. Firmissimè infiget memoriæ paradigma Kal. Illud enim omnium sequentium exemplar est. Nec, si me audiet, perget ad alia, nisi hoc bene impresso. Quò a. firmius hæreat & facilius discatur, describet illud Latinis characteribus. Inde ad cætera accedet, atque in singulis conjugationibus considerabit & peculiarem significandi modum, & notam characteristicam, qua ab aliis distinguuntur. Si paradigma Kal bene didicerit, in cæteris conjugationibus primas temporum voces edidicisse fere satis

erit. *Eadem enim per omnia fere flexio est. Utile erit benè observare terminos illos* Niph-al, Hiph-il, hoph-al, *(sic enim eos pronunciabit) &c. illi enim antiqui paradigmatis* נָפַל *reliquiæ sunt, & ostendunt evidenter, quomodo singula themata in istis conjugationibus flecti & variari debeant, nisi quod in* Phiël, Phual, & hithphaël *illud sit incommodi, quod Dages (ע enim non capit Dages) in iis non audiatur. Necessarium insuper erit, alia themata perfecta ad paradigma phakad per omnes conjugat. & tempora diducere. Atque ut hæc omnia commodius fiant, utile erit conficere hujusmodi primarum vocum tabellam, quam majusculis spatiis & characteribus descriptam parieti appendet, ut etiam inter deambulandum, & paradigma* fakad *& similia inflectendi habeat exercitum.*

Hiph.

CONSILIUM.

	Hithph.	Phual.	Phiel.	Hoph.	Hiph.	Niph.	Kal.	
Præt.							פָּקַד	Præt.
Fut. 1.							vel יִפְקֹד	Fut. 1.
Fut. 2.							vel יִפְקֹד	Fut. 2.
Infin.							vel פָּקוֹד	Inf.
Part. 1.							פּוֹקֵד	Part. 1.
Part. 2.							פָּקוּד	Part. 2.

In hâc

4 *

In hâc tabella ubi se benè exercuerit, non difficile erit cujuscunq; thematis quodlibet tempus in qualibet conjugatione consuce & sine ordine propositum formare. Atque hic duarum septimanarum labor esto.

IV. *Proximus labor erit in percurrendis obiter communibus illis præceptis & generalibus anomaliis, quæ inter singula tempora interjecta sunt, exceptis illis quæ concernunt incoata à Jod, Nun & gutturalibus. Præcipuè autem in annotationibus formæ gravis attendet ad ea, quæ mediam themata habent indagessabilem. Ea anomalia pendet ab unico Paragrapho, vid. 30. cap. 2. atque in illum oculos conjiciens flectet aliquot ejusmodi paradigmata ad tabellam prædictam. In utrâq; autem forma & levi & gravi, specialiter observabit ea, quæ ultimam habent ה / י vel ה / quorum anomalia dependet à §. 23. cap. 2. & in secundis fœm. sing. Præteritorum à §. 25. (confer §. 8 cap. 9.) & in participiis ה finitis, à §. 25. cap. 1. (confer §. 6. cap. 9.) atque hîc etiam utile erit aliquot ejusmodi paradigmata ad tabellam inflectere. Postea in annotationibus formæ levis progredietur ad anomaliam incoatorum Jod & Nun, ediscet que paradigmata* יָשַׁב & נָתַן *quæ habentur in anacephalæosi cap. 18. & 19. quorum omnis ferè anomalia ex regulâ §. 14. cap. 3. oritur. Restant incoata à gutturali, quorum anomalia etiam ad singula tempora* niphal, hiphil & hophal *annotata est, cujus fundamentum proponitur §. 13. cap. 3. Anacephalæosis eorum proponitur parte posteriori cap. 19. in parad.* אכל / *quod bene ediscendum est. Utile autem erit in horum omnium*

flexum

flexione semper paradigma analogum phakad ob oculos habere, atque ad illud singula tempora flectere, ac si ipsa quoque analoga essent. Ubi enim hoc fecerit & tunc respexerit ad communes illas anomaliæ regulas jam indicatas, longè facilius fluet eorum inflexio. poterit etiam, horum trium ordinum tabellam, quam cap. 18. & 19. proposuimus, majoribus spaciis & characteribus incoatam conjicere & parieti Musæi affigere. His autem bene imprimendis duas septimanas indulsero, sed eâ lege, ut cum hoc penso incoet lectionem facilioris & jucundioris alicujus libri, vid. Geneſis, vel 24. priorum cap. Exodi, vel Deuter. vel Esther, vel librorum Sam. &c. qui omnes in usum Scholarum & tenuiorum seorsim excusi sunt, atque in iis quotidie aliquid legat, initio dimidium, deinde integrum, postea duos vel tres versus, eos cum accurata aliqua versione vid. Junij vel Pagn. vel Angl. vel Gall. vel Piscat. Germanicâ (interlinearium enim usus Tyronibus noxius est) conferat, atque etiam in minutissimis initio ad ea præcepta Grammatices quæ jam didicit, examinet, resolvat, themata nominum verborumq; perfectorum eruat, vocesque Ebraïcas, præcipuè vero themata occurrentia, unà cum eorum significationibus memoriæ mandet.

V. Isthoc labore exantlato, procedet ad k) anomala cætera, quorum anomalia non in uno alterove, aut pauculis membris, sicuti antecedentium, sed in toto corporis habitu consistit. Ut autem facilius ea flectat, singula tempora primò ad paradigma analogiæ, phakad formabit, ac mox attendens ad communes anomaliæ regulas (quæ initio singulorum or- k) cap. 20.

dinum proponuntur) juxta eas flexionem instituet. Conficiet etiam ex primis vocibus temporum tabellam, vel ita ut jungantur omnia 4. paradigmata, vel ut jungantur homogenea, puta monosyllaba בָּן & סַב/& rursus Polysyllaba, vid. מָצָא & גָּלָה vel ut singula seorsim. His tres septimanas impendat, eâdem tamen lege, quam suprà inculcavi, exercitium enim illud practicum intermitti non debet, sed quo ulterius in Gramm. perget, eò accuratius & diffusius illud colet. Capita autem de Verbulis, utpote potissimum usum in lectione Rabbinicâ habentia, omitti possunt, dummodo ea observet, quæ in pauculis eorum de vocalium & consonarum mutatione traduntur, vid. cap. 21. & 33.

VI. Atque ita Grammatici exacta est pars magna laboris. Restat enim Syntaxis, multa cum Græcâ & Latinâ linguâ habens communia, multa etiam, quæ ab Ebraïcè imperitis intelligi possunt. Præcipuus labor in illis situs est, quæ huic linguæ propria sunt, vid. in doctrina de mutatione punctorum, vocumque cum affixis compositione. Mutantur autem puncta in nominibus, 1. Propter regimen, de quo in Synt. cap. 1. §. 18. Atque hic ubi pervenerit, recurret ad libri 1. capitis 6. & 7. eos paragraphos, qui de contractione numeri agunt, quos suprà numero 2. transiliendos esse monui. Habuit quidem Cl. D. Martinius causas suas, cur doctrinam de flexione & variatione nominis in regimine isthic tractarit, hîc verò, in Syntaxi, de ejus usu verbulo monuerit; puto tamen Tyronum studiis melius consuluisse Cl. D. Buxtorfium, qui utrumque in Syntaxi tradidit. Secundò mutantur puncta in

Synaxi

Syntaxi eorundem (ut & verborum & vocum multarum sine numero) cum pronominibus, quæ affixa vocant. Atque hic recurret ad tabellam affixorum, quam transiliit suprà cap. 8. lib. 1. §. 5. Leget ergo diligenter caput Syntaxeos 2. 4. & 6. Imprimis a. paradigma טוֹר cum affixis pag. 153. & 154. fideliter ediscet & cum eo cujusque affixi significationem. Cætera ita saltem leget & releget initio, ut in praxi vocem aliquam affixam obviam habens, scire queat, ad quem canonem in nominibus; tempus, personamve in verbis, referre eam debeat. Mutantur denique etiam puncta propter accentum, de qua mutatione agitur cap. 10. & 11. Addat jam Syntaxin vocum cum literis מִשָּׂה וְכָלֵב de quâ cap. 5. & 7: & superavit Grammatici æquoris scopulos. Hæc autem trium septimanarum spacio commodè peragi possunt. Quod si jam insuper quotidie, tum ex analysi diurni pensi, & Grammaticis præceptis, tum ex Dictionario, pauculas aliquot voces, præcipuè verò themata & voces sine numero memoriæ mandaverit, certè post trium mensium decursum mirabitur, tam exiguo temporis intervallo tantum disci potuisse. Quod vero de vocibus sine numero moneo, præcipue propter conjunctiones facio & præpositiones, quarum præcipuas lib. 1. cap. 37. & 38. item lib. 2. cap. 7. & 9. recensuimus. Quantum enim in his situm sit, omnes, qui linguas qualescunque didicerunt, intelligunt.

Atque hæc continuo studio peragenda censeo, animo huic solummodo rei intento. Trimestri hoc exacto, ad alia securus accedet, ita tamen, ut peritiam

peritiam Ebraismi jam acquisitam non sinat evanescere, sed potius adaugeat. Dices hoc fieri non posse sine exercitio. Fateor, sed exercitium illud Christiano non erit indignum, Theologiæ verò studioso planè necessarium. Illud enim volo, Theologiæ studioso & Verbi D. Ministro tantum semper debere esse à rebus aliis otij, ut quotidie caput aliquod in utriusq; Test. originali textu legat, & quidem cum brevi succinctoque commentario, v.id. Junij vel Bezæ, vel Pisc. vel Vatabli. Erit autem semper ad manum Grammatica cum Dictionario, sive Buxtorfij, sive majore Pagnini, quod Thesaurum meritò vocant, sive Pentaglotto Scindleri. At si fortuna tenuior non ferat hos sumptus, Buxtorfianum sufficiet. Verbum addam de Interlinearibus & Hutterianis. Illorum usu Tyronibus suprà interdixi, Hutteriana etiam ab iis tractari nolim, sunt enim Pigrorum pontes. Sed ubi fundamenta bene jacta sunt, Interlinearium incomparabilis usus erit. Politicis autem, senibus, atque adeo omnibus iis, qui præceptore destituuntur, utraque libens cum D. Franzio, pio Witebergensium Theologo, indulsero a) nec n. defuerunt, *inquit idem* his proximis annis omnium ordinum venerandi Senes, qui hoc pietatis exercitium suæ senectutis divinam voluptatem constituerunt. *b)* Interim, *inquit*, cæteris nullum paro patrocinium, quin jam modò graviter in eam sententiam, de diligentia in Ebræis collocandâ dixi, & eum, qui secus fecerit, occasionibusque adolescentiæ & Academicæ vitæ abusus fuerit, nec fundamenta intima fontiũ comparare sategerit, divinâ vindictam experturũ pronuncio.

a) De interpr. script. p. 56.

b) pag. 55.

Si qui

Si cui verò in penitiorem Ebraismi & sacræ Phi-
logiæ notitiam penetrare sit animus, is leget scripta
Munsteri, Fagij, Galatini, Merceri, Drusij,
Salceri, Helwici, Graseri, Buxtorfij, Cunæi, Corn.
Bertrami, Caninij, nec non Scaligeri opus de Emend.
temporum, ejusdem Animadversiones in Euseb. &
Eruchum Trihæresij. Casauboni Antibaroniana,
Junium de Rep. Ebr. & alios.

Si in Masoram penetrare cupis, sufficiet tibi
aureum illud & inæstimabile scriptum D. Buxtorf.
qui Tiberiadem *vocavit.*

Si ad linguam Chaldaicam & Chaldæas Vet. T.
Paraphrases intelligendas animum applicare voles,
habe Grammaticam Chald. D. Buxtorfij & Di-
ctionarium Pentaglotton Scindleri, vel Lexicon
Chald. & Syriacum Buxtorfij Junioris. Si in
Ebraicis bene profecisti, hic vocali præceptore non
egebis. Primò te exerce in Dan. & Ezrâ, postea
aggredere Chaldæam Paraphrasin faciliorís libri cum
textu Ebr. & Versione, sive Aria Montani, quæ
est in Biblijs Regijs, sive Fagij in V. libros Mosis,
quæ seorsim extat cum eruditissimis notis, sive Mer-
ceri in aliquot prophetas minores. Abstine autem
a textu Chaldaico, prout extat in Venetis Biblijs,
aliisq; vetustis exemplaribus. Utere potius textu
eo, qui extat in Regijs vel Mercerianis, illi enim
punctationem textus Chaldaici, quæ ab imperitissi-
mo Judæo erat, ad analogiam Danielis & Ezræ
feliciter correxerunt. Sed omnibus palmam præ-
ripuit noster Buxtorfius, *qui in Editione magnorum*
illorum Bibliorum, quæ Buxtorfiana *de nomine*
ejus vocamus, rem illam ita perfecit, uti omnibus

post-futuris

post-futuris otia fecerit. Istum ergo textum Chaldaismi studiosus maxime sibi habeat commendatum. Quia verò non cujusvis est Biblia illa emere, putarem non abs re fore, si textus Chald. vel totius Vet. Test. vel selectorum aliquot librorum seorsim aliquando ederetur.

Verbum addam de studio Rabbinico & lectione sine punctis. Ea facilior est quàm vulgò existimat. Adsit modò accuratior Ebræa, & mediocris Chaldæa Grammatica peritia, sitque hujus studij Candidatus mediocriter in Biblico textu versatus: hoc n. Commentarios Biblicos lecturo planè necessarium, idque ob hanc causam, quod Rabbini loca scripturæ ita citare soleant, ut nec librum, nec caput nominent, nec diversum characterem adhibeant. Incipiet autem studiosus à facilioribus, inter quos primas tenet R. David Kimchi, sive Kamius, scriptor tersus & styli Biblici æmulus, scriptor cordatior & à thalmudicis fabulis alienior. Leget studiosus introductionem D. Buxtorfij ad lectionem Rabbinicam, quæ est ad calcem Grammaticæ Ebrææ, uteturq; Lexico Rabbino-Philosophico, quod est ad calcem Dictionarij Buxtorfiani Editionis postremæ. Extet etiam utilissimum illud Dictionarium Chald. & Rabb. Munsteri, quin & Pentaglotton Scindleri & prædictum junioris Buxt. Lexicon hic multum juvabunt. Sine præceptore feliciter satis incipiet, qui Mercerij Commentarios in V. priores minores prophetas habet. Is enim integros Commentarios R. Salomonis, Abenezræ & Kimchij in Hos. Joel. Obad. & Jonam Latinè ad verbum reddidit. Conferat eam versionē cum Ebraicis, incipiat à Kimchio,

ab eo ad Aben Ezram, ab hoc deniq; ad Salom. progrediatur: ubi eos sibi reddiderit familiares, in cæteris ope Lexicorum benè se expediet. Quod si Deus O. M. vitam & otium dederit, operam dabo & ego, ut hac in parte de linguarum studiosis benè possim mereri. Concordantiarum verò Ebraicarum usus, sicuti ad eruendum genuinum, per scripturarum collationem, sensum, ita & hic planè necessarius est: Quia n. ut dixi, Rabbini scripturam ita citare solent, uti nec characterem varient, nec libros vel capita indicent, omnino concordantijs ad loca illa invenienda opus est. Quia verò exemplaria earum jam ante multos annos distracta sunt, & si quæ reperiantur, iniquo pretio veneant, moneo lectorem, D. Buxtorfium moliri Editionem novam, in qua ipsius indefessâ industriâ a) melior erit methodus, loca in prioribus Editionibus deficientia suppleta, Radices quæ contra omnem analogiam confusæ erant, distinctæ, omnia denique ab innumeris mendis castigata. Exhibebit insuper hæc nova Editio in ipsis concordantiis, Lexici Ebraïci omnibus vocibus Biblicis completi absolutam formam & perfectam Masoram.

a) Ex Epistola ejus privata quam ad me dedit 6. Maij 1625.

De Syriacâ linguâ, ut vocant, quâ extat antiquitate venerabilis illa novi Test. versio, non est quod moneam. Exigua enim est inter eam & Chaldaicam discrepantia. Si quis eam cum accuratâ Tremellij versione contulerit, & peculiaria ejus præcepta, in Grammatica Chald. & Syr. Buxt. vel Bertrami, vel Tremellij, memoriæ insculpserit, sine præceptore satis bene proficiet, maxime si utatur textu typis Ebraicis a D. Tremellio edito. Ipse

etiam

etiam Guido Fabricius Boderianus in Edit. Paris. Syriacum textum Ebraicis characteribus expressit, sicuti etiam in Bibliis Regiis ad singularum paginarum calcem factum videbis. Dictionarium Pentaglotton Scindleri hic quoque tibi satisfaciet. Quod si tamen textum Syriacum propriis typis legere sit animus, comparabis Gramm. Waseri, vel Crinesij vel quæ brevi prodibit D. Erpenij, & mere Dictionario vel ejusdem Crinesij vel Junioris Buxtorfij. Nova autem novi Test. Syriacis typis editi Exemplaria prælum Witebergense, procurante D. Martino Trostio 1621. nobis suppeditavit, Viennensia enim jam pridem erant distracta.

De necessitate studij Ebraici Biblici dixi satis in Paræneſi Grammaticæ præfixâ. De utilitate studij Chald. & Rabbinici ut pro rei dignitate nunc dicam, multa impediunt. Illud solum considera, terrori Judæis eos Christianos esse, qui in Thargum & Rabbinis mediocriter versati sunt, non enim ignorant, pleraq; hodierni Judaismi sulcra inius vehementissime concuti, imò convelli. Quo magis doleo hæc utilissima studia adeò iis in locis jacere, ubi Judæi catervatim habitant. Ex omnibus ultimi judicij prognosticis solam & unam judæorum conversionem restare, constans & fere unanimis Theologorum opinio est. Et certè fundamentum habet in cap. ad Romanos x1. Videmus tamen in quibusdam locis eam esse Ministrorum & Theologorum hac in parte incuriam & insciti am, eos mores & modum agendi, ut non immeritò renovare possimus magni illius Lutheri lamentum, Ipse ego, inquit, si Iudæus natus fuissem, & ejusmodi truncos

truncos & saxea capita & doctores constitutos vidissem Christiani populi, citius quibusvis Turcis ac Scythis me conjunxissem, quam ejusmodi Christianis. Pro belluis planè hactenus Iudæos habuerunt, *pergit Lutherus*, etiam magni Theologi. Quoties aliquis ad Christianismum aspiravit, putarunt se officio suo egregiè perfunctos si ingentem illam fortiter convitiati essent. Sed in extremo die major pœna decernetur, tali debacchanti Theologo, quam Iudæo debacchationibus istis non commoto. Non enim convitiis sed argumentis conscientia errantis erigenda est. Certè, *inquit*, si Apostoli, qui & ipsi Iudæi fuerunt, sic tractassent nos gentes, ut nos hactenus tractavimus Iudæos, haud dubiè pauci vel nulli ad Christum conversi fuissent, &c. *Et paulo post*, Sed imprimis defuerunt illis, qui Iudæos convertere volebant vel debebant, sufficientia media. nimirum protinus absterriti sunt Iudæi, quando audierunt superiorum ævi Theologos nihil didicisse in Bibliis, sed in Aristotelicis argutiis consenuisse, &c. *Medium ergo planè necessarium, Ebræa lingua & per eam rerum Judaïcarum notitia, cujus studia utinam ad exemplum Belgicarum Ecclesiarum in suis excitarent illi, qui inter Judæos habitant!*

Ex Franzii schola Sacrif. Disp.

DISSERTATIO
DE
KERI ET CHETIB,
literis majuſculis, minuſculis, ſuſpenſis, inverſis, &c. quæ in Bibliis Ebraïcis occurrunt.

ANomaliæ omnes circa quas potiſſimùm hic noſter verſatus fuit labor, vel eſſentiales ſunt, vel accidentales. Eſſentiales voco eas, quæ in ipſis vocibus conſiſtentes cauſam non habent aliam, quàm uſum, penes quem, ut in aliis linguis, ita & in hac, dum ſtetit Reſp. Iudaïca, —— arbitrium fuit & vis & norma loquendi. Licet n. tam verba quam res amanuenſibus ſuis Spiritus S. dictârit, attemperavit tamen ſe & cujuſque Amanuenſis ſtylo, & cujuſque ſæculi dialecto. Vnde alius eſt Ieſaiæ, alius Amoſi ſtylus. Alia Moſis, alia Iobi, alia Davidis, alia Ezræ, Haggæi, Danielis, &c. Dialectus.

* Gramm. Pag. 230.

Anomaliæ iſtæ, ut jam ✝ ante à nobis dictum eſt, ſunt vel communes, vel propriæ. Communes vocavi eas, quæ regulis aliquatenus comprehendi poſſunt & in Grammaticâ noſtrâ, ſuis quæque locis, exhibitæ ſunt. Proprias dixi eas, quæ uni certæ radici vocive propriæ ſunt. Eas rurſus diſtinxi in ſæpius obvias & ſemel aut iterum tantùm occurrentes. Illarum pleraſque ordine Alphabethico ad calcem Grammaticæ exhibui, has jam exhibebo. Ne quid tamen

Tyrones

Tyrones desiderarent, anomalias communes difficiliores hic quoque recensebo tanquam in indice, ostensis libro, capite & paragrapho Grammaticæ; ubi eæ explicatæ, vel ex quibus explicari possunt. Quin & pleraſque alphabetico isto catalogo indicatas hic denuò singulorum librorum initiis attingemus. Quò autem laborem studiosorum compendifaciamus magis, inseremus in hunc quoque tractatum quædam, quæ licet anomala non sint, pro ibus tamen vulgò habentur, aut tyronibus negotium facessere possent. Et quod ad proprias illas attinet, ex diversarum Editionum collatione deprehendi, earum numerum ex vitiosis & mendosis quibusdam Editionibus ab ipso etiam *D. Scindlero* fuisse multiplicatum. Eas nihilominus annotandas duxi; ne ad eas Tyrones, similibus Editionibus utentes, similiter impingerent. Vsus autem sum his præcipuè Editionibus tribus, Venetis in folio, priore anni 1515. secundâ anni 1523. tertia anni 1548. Item Editione Buxtorfianâ in folio, præterquam in hagiographis, eam enim partem adhuc desidero, Editione Interlineari Plantin. 1584. & Rob. Stephani in quarto 1544. quam præ cæteris maximè vitiosam deprehendi. Quia verò præcipuè secutus sum codicem interlinearem, subinde mihi annotandæ fuerunt ejusmodi voces, quarum themata in margine malè fuerant indicata, quæ res Tyronem in Analysi Grammatica non parum torquere solet.

Atque hæc de anomaliis essentialibus dicta sunto. Restant accidentales, quæ in vocis pe-

culiari scriptura consistunt. Suntque duûm generum, Aliæ enim ob Mysterium aliquod, uti quidem Ebræis placet, aliæ ob diversam lectionem irregulariter scribuntur.

Mysterii alicujus causâ, ex Ebr. sententia, litera aliqua vocis vel quantitate majori pingitur in Editionibus accuratioribus, quam reliquæ, ut e.g. Deut. 6.4. vel minori, ut Gen. 23.2. atque istarum literarum totum Alphabethum à Masorethis recensetur & ex iis à Cl. Buxt. in Tiberiade cap. 14. & 15. Commentarii. Nos verò eas præcipuè annotavimus, quæ in hodiernis codicibus sic scriptæ etiamnum reperiuntur. Vel litera aliqua invertitur, ut Num. 10. 35. vel suspenditur supra alias ut Iud. 18.30. vel figurâ finali in medio pingitur, ut Ies. 9.7. vel initiali in fine, ut Neh. 2.13. vel denique supernè punctis extra ordinem insignitur, ut Gen. 19.33. & 33.4. quæ omnia à nobis suis quæque locis indicata sunt.

Quæ vero ob lectionis diversitatem irregulariter scribuntur, vulgò 848. numerantur. Ex illis nos eas potissimum annotavimus, quæ Grammaticam ullo modo turbant. In illis autem hoc observandum est, punctationem illam, quæ voci intra textum positæ addita est, nullo modo ei convenire ex naturâ & ingenio linguæ Ebrææ, sed contrà, in plerisque ab ea planè abhorrere; illi verò voci examussim convenire, quæ in margine per literam ק notata est. Atque ita in textu duplex lectio insinuatur, una per consonantes, quarum proprias vocales ex analogia Grammatica supplebis, atque hæc vocatur כְּתִיב *scriptum*,

scriptura, denotaturque per circulum ô voci tali superimpositum; Altera per vocales, non quidem istius vocis, cui subjiciuntur, sed ejus quæ in margine sine vocalibus posita est cum litera ק/ quæ significat τὸ קְרִי *Keri legitur*, E.g. 2. Sam. 14. 22. עַבְדָּיו si legas *gnaudeva*, erit monstrum vocis. Insinuatur hic duplex lectio, una per consonas, quæ ex anal. Gramm. sic punctandæ, עַבְרוֹ *servum suum*, altera per vocales, quæ propriæ sunt voci in margine positæ עַבְדֶּךָ *servi tui*. Quamvis aliquando per accidens fiat, ut in diversa lectione nulla sit punctorum varietas, ut videre est Prov. 4. 3. & 22. 3. Ier. 49. 30. Iezech. 42. 16. &c.

Hanc autem lectionis varietatem in quibusdam peperit Iudæorum quædam εὐλάβεια & religio, in quibusdam verò codicum discrepantia & mendosa descriptio.

Religione Iudæorum & metu profanationis factum est, inquit Cl. Erpenius, ut nomen tetragrammaton יהוה protulerint per nomen אֲדֹנָי/ vel (quoties vel ante vel post se habuit ipsum nomen אֲדֹנָי) per nomen אֱלֹהִים/ unde etiam istarum vocum puncta nomini (יְהוִה) addita sunt, ut moneretur lector, nomen illud per consonas proprias istarum vocalium legendas esse.

Religione quoq; factum est, & vitandæ turpitudinis ergò, ut literis vocum quarundam obscœniorum vocales honestiorum adjectæ sint, ut 2. Reg. 18. 27. Ies. 36. 12. quamvis & eæ aliquando eædem sint, ut Deut. 28. 30.

Reliquę varię lectiones (si excipias יְרוּשָׁלַם & נַעַר)

ex mendosa codicum descriptione & varietate natæ sunt. Cui ut remedium adhiberent viri eruditi, voces in contextum diu receptas, prout eas invenerunt, reliquêrunt integras, sed emendationem earum in margine posuerunt nudis consonis, quarum vocales consonis in contextu positis addidere.

Restitutio illa lectionis versatur vel circa voces integras, vel circa vocum partes, vid. consonas.

Circa voces integras versatur quadrupliciter. 1. Aliquando enim dictio integra in contextu redundat, quam proinde punctis non vestivere, ut Ier. 51. 3. Tales autem voces redundantes à Masorethis numerantur 8. 2. Aliquando vox integra defecit, ac tunc in contextu solas vocales ponunt in codicibus punctatis, consonis in margine exhibitis. In codicibus autem non punctatis spacium relinquunt vacuum, Ruth. 3. 17. & aliis locis. 3. Aliquando una in duas finditur. 4. Aliquando contrà duæ in unam coalescunt. Exempla vide Gen. 30.

Circa vocum partes, id est, consonas versatur 5. Modis.

1. vel enim consona una pro alia posita est,
2. vel redundat,
3. vel deficit,
4. vel transponitur,
5. vel à voce sua avulsa alteri adjungitur.

Quod ad 1. modum attinet, is vel ex vicinitate pronuntiationis vel similitudine figuræ natus est. Præ cæteris autem literæ אהוי frequenter confusæ reperiuntur, vid. א pro ו / ut לא *non*, pro לו, ה pro ו

Erpenius Gramm. lib. 4. p. 259

ח pro ו ut שָׁפְחָה pro כּוּ & pro י / לֵה pro לִי
ו pro א ut לוֹ pro לֹא non, & pro ה ut הָיָו pro
הָיָה Iod pro ה / ut כִי / pro כֵּה sic. At omnium
sæpissime Iod & Vau confunduntur, quia maxi-
mam figuræ habent affinitatem, אָזְנוֹ pro אָזְנָיו /
pro הָיָא & contra היא pro הוא /

Reliquarum permutationes rariores sunt, occurrit enim.

ב pro { ד semel. ; ם 6. ; כ 11. ; פ 1. ; ת 1. }
ג pro { ז 2. }
ד pro { ר 2. ; ו 1. }
ת pro { כ 2. ; נ 1. ; ח 2. }
ו pro { ד 6. }
ת pro { ע 1. ; ח 1. }
י pro { נ 1. }

כ pro { ה 1. ; ד 1. ; מ 1. }
מ pro { ב 1. ; ה 2. }
נ pro { ת 1. ; מ 1. }
ס pro { ה 1. }
ע pro { ק 1. ; צ 1. }
פ pro { ב 1. ; מ 1. }
ר pro { ד 4. }
ש pro { ט 1. }
ת pro { ד 1. ; ה 2. }

Quod ad 2. & 3. modum attinet, eædem literæ אהוי longè sæpius redundant & deficiunt quam aliæ.

א enim in medio vocis redundat 45. locis, ut יָנֵאץ /

Reliquæ initio medio & fine,

ה 33. locis, הַחֲנִירֵת / יַעֲשֶׂה בַּהֲשָׂדֶה /

ו 95. locis, וַיֹּאמְרוּ / כְּתָוב / וַיּוֹצִיאוּ /

י 147. עָשִׂיתָי / דְּבָרֶיךָ / וַיֵּצְאוּ /

Ex reliquiis literis redundant tantùm. ש semel, כמרת bis, ג ter, ב quater, ר quinquies.

Deficiunt quoq; literæ הוי in principio medio & fine, satis frequenter, Et quidem

ה 44. locis, אַכְבֵּד / לְגַיד / פֶּלֶךְ /

ו 30. locis, אֱמֹר / אַחַשְׁרֹשׁ / לְרוֹר דְּרוֹר /

י locis quamplurimis, בֵּית / סְרָנִים / עֲבוֹר / & infinitis locis in fine pluralium nominum ante affixa י & ך / דְּרָכָו / מִשְׁפָּטֶךָ / quamvis de his dubitari possit.

Ex reliquis literis deficiunt tantùm, ברת semel, חכל bis, ג ter, א quinquies.

4. Transpositio literarum in 62. dictionibus occurrit יִמְּית pro יוֹמֵת / הֵלוֹךְ pro הוֹלֵךְ /

5. Avulsio literæ rarior, ut הֵיתָה מוֹצִיא /

Et quidem harum variarum lectionum aliæ hujusmodi sunt, ut sensum non mutent, dubiteq; meritò, utra præferenda sit. Aliæ verò tales sunt, uti non nisi altera, quæ secundum vocales est, & in margine exprimitur, loco convenire possit. Illæ authoritate bonæ notæ codicum, hæ necessitate etiam, cum judicio, à viris magnis videntur constitutæ.

Atque

Atque hæc ferè ex Cl. Viro D. Erpenio.

Quæstio inter Theologos & Philologos celebris est utrum hæ accidentales anomaliæ vid. literæ illæ majusculæ, minusculæ, suspensæ, inversæ, supernè punctatæ, ac variæ istæ lectiones quas *Keri* & *Cherib* vocant, ab ipsis sacris scriptoribus sint exaratæ, idque mysterii alicujus causa. Multos viros doctos & pios zelus quidam non quidem is malus sed non satis secundum scientiam, eò compulit, uti affirmativam tanto calore defenderint, ut secus sentientes tantùm non blasphemiæ reos peregerint. At ubi Mysteria illa explicanda sunt, vel ridiculi sunt, vel ignorantiam profitentur. Quid mysterii ponant in pleriſque vocibus supernè punctatis, & literis majusculis & minusculis, suis locis ex D. Buxt. Ebræorum judicia protulimus. Vide inter alia Gen. 23. 2. ubi כ minusculum. Ita R. Sal. explicans locum Prov. 23. 31. ubi scrib. בְּכִים *in crumenâ*, & legitur בַּכּוֹס *in poculo*, hoc mysterium pandit, Salomonem innuere voluisse, oculum cauponis defixum esse in crumenam Bibuli, dum is oculos defigit in poculum & colorem vini contemplatur. Possem id genus infinita alia variarum lectionum declamenta producere, si opus esset, quæ à sacrorum vatum mente plane aliena esse omnes cordati concedent. Vnum id solummodo addam, quod speciem aliquam habet & utroque pollice à multis approbatum, Hagg. 1. 8. extat אֶבְנֶה / nota marg. אִבָּנֶה / Qui hoc ipsum ab ipso Prophetâ factum putant, ajunt eo innui, quinque res

(ה enim quinque denotat) defuisse in templo secundo, quæ fuerunt in templo primo. Thalmudici, R. Salomo, Kimchi & alii ea enumerant, vid. 1. Arca cum Cherubim, 2. Vrim & Thummim. 3. Ignis cælitus demissus. 4. Spiritus sanctus seu prophetiæ. 5. ✶ Præsentia Majestatis divinæ. Magnum hoc est testimonium & validum argumentum, quod contra se ipsos afferunt Iudei. *Major erit gloria domus secundæ quam fuit primæ*, inquit, hic idem Propheta 2.9, Et tamen ex illorum confessione quinq; primaria & domus prioris & populi Iudaïci ornamenta defuêre. Vnde ergo excellentia & prærogativa domus secundæ, si non ex eo quod humani generis redemptor Messias suâ præsentiâ & doctrinâ eam illustraverit. Hic in magnas angustias Iudæum rediges. Sed si penitius rem intuearis, commentum est quod de defectu literæ ה commentantur. Primò enim scopus Prophetæ tali mysterio adversatur, ideoque nec Aben Ezra, nec Iunius, nec Piscat. nec alii prudentiores Interpretes id attigêrunt. 2. Plures extant dictiones quæ scribuntur sine ה parag. at leguntur cum eo, E.g. Iez. 23. 16. ubi talia Mysteria locum non habent. 3. Non omnia illa in templo secundo defuisse, inter alios etiam ostendit Franzius in Schola sacrificiorum, Disp. XI. Et quod ad Mysteria illa in genere attinet, ego sic arbitror, sat Mysteriorum in sacræ scripturæ nucleo contineri, ut non opus sit ea in cortice quærere, quæ tædioso labore reperta non nisi precariò obtineamus.

* Pro hoc Thalm. Ieros. ponit *oleum unctionis.*

Assentior itaque iis, qui hæc nec ipsis sacris scriptu-

scriptoribus nec posterioribus Masorethis quos post-Thalmudicos vocant, ascribunt. Non sacris scriptoribus. Videtur enim quam longissimè à Majestate Sp. sancti abhorrere, in literarum quantitatibus & figurâ ἀποῤῥητα mysteria occultare & eâdem sententiâ diversos, quin & aliquando contradictorios, sensus proponere, uti videmus illis locis, ubi scribitur ל֣א *non* & legitur לי *ei*, Exod. 21. 8. Lev. 11. 21. & 25. 30. 1. Sam. 2. 3. 2. Reg. 8. 10. Ies. 9. 3. & 49. 5. & 63. 9. Ezr. 4. 2. 1. Chr. 11. 20. vide Masoram ad Lev. 11. 21. Atque hæc causa est cur accuratissimi Interpretes, Luth. Calv. Bucerus, Iun & alii μυκηριώδεις illas argutiolas & in versionibus & commentariis neglexerint, atque ex diversis lectionibus eam solummodò eligendam sibi duxerint, quam ipsi scriptorum scopo, item antecedentibus & consequentibus maximè convenire fuerunt arbitrati. non posterioribus Masorethis, qui post inventas vocalium figuras vixere. 1. Quia apud Thalmudicos, ipsis longè antiquiores, crebra mentio accidentalium istarum anomaliarum. 2. Quia hæ accidentales anomaliæ omnes versantur circa consonas, nulla circa vocales, quæ tamen ejusmodi mysteriorum tam capaces sunt, quàm consonæ, imo capaciores. Probabilius ergò Masorethis ante-Thalmudicis, quorum (uti & Thalmudicorum) tempore Vocales nondum scriptæ fuêre, ea tribuuntur. Masora enim hodierna seu notarum Masorethicarum corpus non est ab uno duntaxat aut altero homine aut collegio

legio certo quodam & definito tempore compositum, sed est farrago & sylva variarum observationum, quæ à plurimis hominibus multis saculis ab Ezræ seculo usque ad Tiberiensium tempora factæ sunt.

Itaque paulò post Ezræ tempora literas illas majusculas, minusculas, inversas, suspensas versuumq; repetitiones in sacrum codicem invectas fuisse verisimile est. Cl. Buxtorfius existimat priscis illis sapientibus justas & dignas fuisse causas istius diversitatis, licet nobis hodie ignotas. Et in genere vel majorem præsentis rei considerationem commendatam, vel arcanum aliquem sensum indicatum fuisse. D. Brougtonus putabat singulas minusculas & majusculas, terminos esse certi literarum numeri, vel à præcedente majuscula, vel minusculâ, vel à principio libri, vel alio loco, olim ex peculiari Indice noto. E.g. à vau majusculo Lev. 11. usq; ad ג cap. 13. sunt literæ 1600,

Atque hæc de istis anomaliis, in quibus mysteria Ebræi vulgò collocant, dicta in præsens sunto. Videamus obiter de variis lectionibus, Et quidem primò de iis quas Iudæorũ religio peperit. Atque hic primò occurrit nomen tetragrammaton יהוה olim dictũ ineffabile, quod effari illud, primò quidem ex quadam ευλαβεια & metu profanationis, postea vero ex superstitione non fuerint ausi solitive. Nunc verò sic vulgo appellatur, quod pronunciari non possit, dum proprias ejus vocales ignoramus. Quas n. hodie habet ascriptas יְהוָה vel יֱהוִה alienæ sunt, vid. nominis אֲדֹנָי & אֱלֹהִים

teſte etiam D. Beza ad Apoc. 1. neceſſitas ergo nos cogit illud per *Adonai* & *Elohim* effari, nec enim quippiam præter conjecturas de genuina vocis pronunciatione habemus, dum alii *Jao*, alii *Jevo*, alii *Jave* pronunciant. Qui enim pro Iehova & Iehovi diſputant (vocibus ante † Petrum Galatinum inauditis) principiū petunt. Ab hac nominis ſanctiſſimi punctatione D. Piſcat. aliiq; ex Theol. noſtris diſputant contra antiquitatem vocalium. nec n. credibile eſt, inquiunt, ſanctos Dei amanuenſes illud, cujus genuinā pronunciationem non ignorabant, alienis punctis punctaturos fuiſſe, cum ea punctatio ſit ex poſteriorum Iudęorum conſuetudine, in quam priſcorū εὐλαβεία & erga hoc nomen reverentia degeneraverat. Vti nec illud veriſimile eſt, ſcribas vel Maſorethas genuinas nominis hujus vocales mutaturos fuiſſe, ſi eæ ab ipſis Prophetis aſcriptæ fuiſſent. Nunc verò textū Biblicum ab omnib. punctis nudum punctaturi, verâ nominis iſtius pronunciatione cum Templo & ſacerdotibus obliterata, quid facerent? certè aut ubiq; nomen illud punctis vacuum & mutum, aut cum punctis earū vocum, per quas etiā tunc cum nota erat genuina pronunciatio legebatur, exhibendum ipſis fuit. Et quidem de hoc nomine peculiarem diſſertationem adjicere ſtatueram, quam olim admodum adoleſcens Oxonii conſcripſi, viriſq; doctiſſ. (inter quos beatus Scultetus) probavi, ſed ne in nimiam molem excreſcat hęc coronis, ejus editionem in aliud tempus differam. Interim leget Tyro Tetragramm. Cl. Druſii p. m. Buxt. Diction. in themate יהוה/ & orationē Doctiſ. Viri,

† Is floruit anno Domini 1518.

quæ

quæ adjecta est ad calcem *a)* Tractatus de antiquitate punctorum.

a) Leidæ apud Iohannem Maire 1624.

Eadem ferè earum vocum ratio est, quas vitandæ turpitudinis causâ, alienis vocalibus vestivere Scribæ. Quod si sacri scriptores vocales adjeciſſent, non dubium est, quin proprias vocum istarum posuiſſent. Aut si voces illas legi noluiſſent, non scripsiſſent. Si proprias vocales apposuiſſent, nullus Iudæus eas mutare fuiſſet ausus. At cum vocales non ascripserint, minus se peccaturos putabant si alienas vocales subjicerent, earumque consonas in margine (ne quid de sacra scriptura detrahere, eamque violare viderentur) exhiberent. Traditio hac de re extat in Cod. Thalm. Megilla cap. 3. *omnes voces quæ in Lege scriptæ sunt* לְבוּאָה *obscœnè, eas legunt* לְבִיאָה *honestè.* An ergo aliquid obscœni est in lingua sancta? à Spiritu Sancto? Videtur hoc responderi posse, voces illas tempore scriptorum fuiſſe satis honestas, aureſque simplicioris istius ævi non fuiſſe ad earum recitationem offensas. At posteriori ævo, crescente in populo isto omni nequitia & spurcitie, communi usu ita fuiſſe profanatas, ut pii vix sine rubore eas audire vel pronunciare potuerint. E. g. sicut vox שִׁגָּל quæ *coniugem* & quidem *Augustam* significat honesta etiamnum est, ita etiam credibile est, verbum שָׁגַל quod ipsum actum Venereum denotat, olim honestam fuiſſe, at postmodum sermonis spurcitie fuiſſe inquinatam; unde puncta vocis שָׁכַב *beſlapen*, ei apposuerint. Sicuti apud Germa-

manos vox *Bruydt* sponsa, honesta est, at verbum inde deductum, inhonestum, nec à pio & civili viro usurpari audies. In hac tamen voce illud est peculiare, quod ex analogia conjugationis punctari suis vocalibus possit, si cui fortè religio sit lectionem scribarum hac in parte sequi, At in nomine יהוה aliisque, ex. gr. 2. Reg. 18. 27. Iesa. 36. 12. cogeris velis nolis, lectione, quam Scribæ reliquerunt, contentus esse, quia analogia vocum quæ in textu, ibi incerta. Eandem honestatem videmus ab Interpretibus Belgicis adhibitam. Cum enim vox Ebr. חרא * significet *stercus*, & שין *urinam*, & שגל ipsum actum Venereum, quem fœdo Comicorum vocabulo exprimere etiam potuissent Latini Interpretes, Leges tamen voces, honestiores, *dreck*, *water*, *beslapen*, id est, *cubare*, &c. quæ sunt interpretamenta vocum marginalium.

* חרי Arabice est *cacare*.

Restant variæ lectiones ex codicum mendosâ descriptione ortæ. Hæc autem est sententia *a)* Atiæ Montani, *b)* Kimchii, *c)* Ephodæi, *d)* AbenEzræ, *e)* Drusii, *f)* Merceri, *g)* Bertrami, *h)* Pagetii, *i)* Erpenii, *k)* Capelli, *l)* Weigammejeri, *m)* Piscatoris, & doctissimi istius *n)* viri, qui scripsit tractatum de antiquitate vocalium à Cl. D. Erpenio editum. Etiam Buxt. in eam sententiam descendit lib. 1. cap. 28. Gramm. Nec aliter sentiet, quisquis omni præ-

a) In apparatu ad Regia præfat. in varias lect. Ebr. textus. *b)* Præf. in Iosuam. *c)* apud R. Iacob præf. in Biblia Veneta anni 1523.

d) in Exod. 21. 8. *e)* ad Lev. 11. 21. in annot. magnis adhuc ineditis. *f)* *g)* passim ad Thesaurum Pagnini, vide specialiter in th. דוך *h)* in libro Anglic. an arrou against the Browniſtis. *i)* in Gramm. p. 256. *k)* in Chronolog. *l)* in tabulis lib. 2 cap. 10. *m)* passim in Scholiis, vide 1. Reg. 22. 48. *n)* lib. 1. cap. 7. & 11.

judicio

judicio ſepoſito hæc & ſimilia loca benè conſideraverit, Iud. 16.18.& 19.3. Ruth.4.5. 2. Sam. 20.14. 2.Sam.24.18. Pſ. 139.6. Prov.19.19. & 20.20. & 23.26.& 31. item 3.35.& Pſ.18. cum 2.Sam.22.& libros Chronicorũ cum libris Samuelis & Regum contulerit. Qui hic contra eunt & utramque lectionem divinæ authoritatis eſſe contendunt, *multis in locis* (verba reverendi D. Pagetii) *ex Deo Janum aliquem bifrontem faciunt*, ſpectantem πρόσω καὶ ὀπίσω. Ex. gr. 2.Reg.8.10. Ezr.4.2. Ieſ.63.9. ubi aut alterutrum tantum à Sp.S. dictatum eſt, aut ſub unâ ſententia ſi non contrarium (ſcio enim diverſorum reſpectuum temperamentum ſubtilioribus ingeniis nunquam deeſſe) at ſaltem diverſum & duplicem literalem ſenſum latere oportet. Quorum poſterius ſi admittimus, certè valde peccarunt omnes interpretes, quà veteres, quà recentes, quod in verſionibus ſuis utramque lectionem non expreſſerint. Quicquid enim ante ſcriptum eſt ad doctrinam noſtram ſcriptum eſt. Sed illi non valentes certam aliquã interpretationis iſtius duplicis regulam ex S.L. extruere, ratique myſteria à quibuſdã in his talibus eruta, nullo ſolido niti fundamento, fidelium Interpretum officio ſe perfunctos putarunt, ſi unam exhiberent. Sicuti autem Ebræi in legendo marginalem lectionem exprimunt, ita & Chriſtianorum doctiſſimi tradiderunt marginalem lectionem veriorem eſſe. Ideoque & Interpretes eam plerunque expreſſerunt. Ipſe D. Polanus, licet utrique lectioni divinam aſcribat authoritatem, marginalem tamen

vocem

vocem legendam esse docet. Et certè si rem accuratè expendimus, marginales istæ voces correctionem, vocisque quæ degeneraverat, in plerisq; extra omne dubium restitutionem exhibent. ne quid enim in ipso textu mutarent, absterruit eos vel codicum, circa quos hæc sacra critica versata est, vetustas, vel consensus, vel quod talis lectio plurium codicum authoritate niteretur, quâ in re utrum bene vel malè fecerint, jam non disputo. Dixi marginalem lectionem ab interpretibus plerunque prælatam. Dixi plerunque. Aliquando enim secùs factum, Aliquando eos fluctuasse, paucorum exemplorum inductione ostendam.

Iun. & Tremellius 2. Reg. 8. 10. in primâ edit, *Abi dic ei*, (לֹו) quod est in textu, At in postremis, *Abi dic, non vives* לֹא / quod est in marg. Ezræ 4. 2. in Edit. pr. *Eidem* לֹו *sacrificamus*, quod in margine, in postr. *non sacrificamus* [*alteri*] לֹא / quod in textu. Sic & 1. Reg. 22. 49. in pr. Ed. *Iosaphat paravit classem*, עָשָׂה quod in margine. In postr. *Iosaphato decem naves* עֲשָׂרָה / quod in textu. Quin & Prov. 31. 4. Eccl. 9. 4. Ier. 2. 20. & 5. 8. 10 Chetib in postremis editionibus prætulit Iunius. D. Piscator licet & ipse plerunque marg. lectionem exprimat, his tamen & aliis locis textualem prætulit, Lev. 11. 21. Ps. 100. 3. 2. Reg. 20. 4. Ies. 9. 3. Iob. 6. 21. idem in Pagn. & Aria Mont. Bibliis, in vulg. Latinâ, Græca & Chaldæa videre licet, qui licet marginalem passim præferant, aliquando tamen & textualem expressserunt, ut ex. gr. omnes illi Prov. 19. 7. Quatuor vid. Lat. Gr. Pagn. Arias, Ps. 100. 3. & Ier. 2. 20.

Tres, vid. Lat. Ar. Pag. Ieſ. 49. 5. Lat. Chald. & Gr. Ieſ. 63. 9. & 2. Sam. 22. 51. nec opus eſt plura enumerare. Quod ad veteres attinet, probabile eſt, eos eam lectionem expreſſiſſe quam in codicibus ſuis invenere. Recentiores dum ab hâc Iudæorum regula de præferendo Keri receſſêre, aut Keri & Chetib tranſpoſita eſſe judicârunt, id quod in quadam † Editione ſæpe contigiſſe queritur Elias Levita, aut Criticen iſtam multis in locis non magni æſtimârunt, aut ſaltem utrum ſufficientes receptam lectionem ſollicitandi cauſas habuerint, dubitârunt. Hinc eſt, quod multi Interpretes iſtis caſibus alteram itidem in textu, alteram in margine vel notis collocarint, non quod utramque à Sp. Sancto eſſe putarint, ſed quod dubitarint ipſi, utra præferenda, ac proinde Lectori liberum judicium relinquere voluerint. Ex. g. in Germanica Piſc. Ier. 2. 20. Dan. 3. 12. Neh. 3. 30. 2. Sam. 14. 21. & 18. 13. Iun. Pſ. 11. 1. 2. Reg. 5. 12. Tigur. Dan. 9. 24. Iob. 13. 15. Ieſ. 69. 9. Prov. 17. 27. In Anglicanâ Ioſ. 8. 12. 1. Reg. 22. 48. 2. R. 20. 4. & 23. 33. Pſ. 100. 3. Ier. 2. 20. Dan. 9. 24. Ieſ. 9. 3. & 30. 32. In Genev. Ex. 21. 8. Prov. 26. 2. Pſ. 100. 3. Ieſ. 63. 9. Eccl. 9. 4. Atque hanc utriuſque lectionis indifferentiam inter errorum deſcribentium fontes retulerim.

† Venetâ anni 1515.

Iun. in notis ad 2. Reg. 20. 4. audacter rejecit τὸ Keri.

Non diſſimulabo tamen, loca quædam, licet admodum pauca, occurrere, in quibus utriuſque lectionis in unam verſionem conflatio non admodum incommoda videri poſſit, Ex. gr. Pſ. 22. 17. Chald. vocem כַּאֲרִי reddidit, *momorderunt ſicut*

sicut leo q. scriptum esset כָּאֲרִי Prov. 19. 7. לֹא הֶמָּה לוֹ / *they are wanting to him*, vertunt Angli, *Deficiunt ab illo*; ad verbum, *non sunt ei* q. scriptū esset לוֹא לוֹ Et Genev. licet diverso sensu, *Il n'y a que paroles pour lui*, ad verbum, *non habet nisi verba pro illo.* Iun. & Trem. Ex. 21. 8. *non sibi*, quasi esset לוֹא לוֹ & Ios. 8. 12. *urbs Ai*, q. scriptum esset, עִיר עַי / Prov. 23. 26. ubi Chetib est רִצָּה *voluit*, Keri verò à נצר *custodivit*, reddunt, *studiosè custodiant*, Iez. 42. 16. ubi Chetib habet חמש אמות / *5. cubitos*, & Keri חמש מאות / id est, 500. illi, *quingentorum cubitorum*, Munsterus & Tig. 1. Reg. 22. 48. *fecit decem naves*, Sic & Tig. 2. Sam. 23. 13. *tres principes*, quem interpretationis modum imitati sunt nonnulli Gen. 4. 26. אָז הוּחַל / *tunc cœptum est profanari*, quia thema vocis utramque significationem admittit. Sed hanc apparentē commoditatem accidentalem esse puto, minimeque ex intentione Spiritus sancti. Quis enim in his non videt fontes variantis lectionis, vid. vel *a*) literarum transpositionem, vel similitudinem *b*) soni, *c*) figuræve, vel *d*) omissionem literæ, vel partis ejus, ut 1. Reg. 22. 48. Si enim sinistram lineolam ex literâ ר sustuleris remanebit ר / Deinde hanc interpretationis subtilitatem cætera loca neutiquam admiserint.

Sy vallen hem los.

a) ut Iez. 42. 16. Prov. 23. 26.

b) Prov. 19. 7.

c) Ps. 22. 17.

d) Ios. 8. 12.

Hæc itaque & paucula quædam alia loca si exceperis, manet regula, marginalem lectionem ab Interpretibus & Commentatoribus Ebræis & Christianis, veteribus & recentibus tanquam meliorem præferri, quo ipsō alteri lectioni divinam

authoritatem manifeste videntur derogasse. Quod etiam firmatur ex eo, quod, ut supra attigi, Spiritus sanctus in posterioribus scriptis, eam lectionem, quam in prioribus hodie margines exhibent, id est, τὸ Keri, passim ferè approbet, ut in collatione Chronicorum cum cæteris historicis evidenter apparet.

Sed objiciunt. 1. Si variæ istæ lectiones ex mendosa codicum descriptione ortæ sunt, ac una earum solùm à Sp. S. dictata, necesse erit multas illarum non erroni, sed destinatæ malitiæ & σκοπιρέσει ascribere. Primò enim aliquoties occurrit לא. pro לו ubi nulla similitudo characterum. 2. Non potuerunt non de industriâ variæ lectiones induci circa voces illas, quas obscœnas vocant. 3. Nec tòties in נְעָר/ 4. Nec in יְרוּשָׁלַם Resp. ad primum, non solum errare potuisse descriptores ex similitudine characterum, sed etiam ex vicinitate soni, ut in לא *non*, & לו *ei* & quamplurimis aliis, item ex indifferentiâ sensus, cum enim in describendo originali, quod nobis familiare est, committitur error sensus non lædens, cum difficilius observamus. expende hæc loca, Ps. 41. 3. Ps. 89. 18. Prov. 20. 4. Ies. 5. 29. & plurima alia, in quibus nulla Grammatica vel Analysis Logica certum te reddet, utra præferenda, utraque enim quadrat. Addo, in multis locis ne impetitissimum quidem scribam impingere potuisse, si vocales olim fuissent ascriptæ. Quomodo, quæso te, in pronominibus הוּא & הִיא toties errassent, si puncta fuissent ascripta? Sed &

expende

expende 1.Reg. 7.45. Prov. 8.16. in אֹהֲבִירָה/ubi ה redundat, ac jam monstrosa vox est. Sin absque punctis scribas אהבירה non ita, potest enim legi אֹהֲבִיר/Ies. 5.29. יְשָׁאֲגוּ pro יִשְׁאַג quod quod si ascriptæ fuissent vocales, quis dubitasset scribendum fuisse vel יִשְׁאַג vel יְשָׁאֲגוּ sensu eodem manente. Atque eadem est ratio infinitorum aliorum, ubi Iod Ethan in י degeneravit. Quis enim nescit י non esse formativam futurorum. At scriba, codicem sine punctis describens, non vidit absurditatem, sive per Iod Futuri scriberetur, sive per vau convertens Præteritum in futurum.

2. Quod ad voces eas attinet, quas obscœnas vocant, de iis supra dictum. Quod ad 3. נַעֲר/ cum id 21. vocibus sine ה occurrat in Mose, & legatur cum ה/ fateor non videri verisimile, ut ex errore litera ר ablata sit. Quid ergò? Posui ea de re conjecturam meam, ad Gen. 24. 14. veteres nimirum puellam olim vocasse & נערה & voce communis generis, נער/ scribas verò post a distinxisse, non quidem addendo ה/ hoc enim non fuerunt ausi, sed ponendo punctum sub ר/ Quod ad 4. vid. vocem יְרוּשָׁלִם attinet, cum quinquies tantum occurrat plenè, vid. cum Iod יְרוּשָׁלִים non est verisimile, fateor, tam multis locis descriptorum incuriâ literam Iod excidisse. Quid ergò? Dicam quod sentio. Vetustius nomen esse puto *Jerusalem* sine Iod, quam *Jerusalajim* cum Iod. Firmat hanc meam conjecturam antiquum urbis nomen, unde hoc compo-

situm est, *Salem*, & constans scriptura sine Iod, quam lectionem etiam Chald. & 70. & scriptores novi Testam. & Hieron. constanter retinuerunt: Posterioribus autem temporib. dici cæpisse etiam Ieruſalaim, forte quod urbs quasi gemina esset, superior & inferior, unde hanc plenam scripturam cum Iod non invenies, nisi in libris circa vel sub captivitate Babylonica scriptis, Ex.g. Ier. 18. 26. 1. Chr. 3. 5. 2. Chr. 25. 1. 1. Chr. 26. 5. Esth. 2. 6. Punctatores verò, ut ubique eadem esset urbis appellatio, eorum sæculo usitata, ubiq; easdem vocales subjecere. neque hoc unicum esse puto, in quo usui & pronunciationi sui sæculi indulserunt. Addo amplius, hoc nomen cum ה paragog. quinquies occurrere, & quidem quater sine Iod, יְרוּשָׁלַ֫ם / quod legunt jam יְרוּשָׁלָ֫ם olim יְרוּשָׁלַ֫ם At semel cum Iod, יְרוּשָׁלָ֫ם sed in quo libro? eodem Chronicorum, vid. 2. Chr. 32. 9. Cætera quatuor invenies 1. Reg. 10. 2. 2. Reg. 9. 28. Ies. 36. 2. Iez. 8. 3. Quin & ex illis locis, ubi Iod adest, firmiter concludi hæc lectio per Ai non potest, quasi ea scriptorum istorum sæculo usitata fuerit, potuit enim illud vel vocalem E indicasse, vel in (ֵ) quieviſſe.

Object. 2. Periculosam esse hanc confessionem, eâque plùs nimio Adversariis concedi, qui fontes corruptos esse semper clamarunt. Resp. a). *A veritate nullum metuendum veritati periculum. Verum vero semper consonat & manum præbet, nunquam repugnat aut officit. Non ita obruenda veritas, quod perversi homines eâ abuti conantur.*

a) Author tractatus de genuinâ antiquitate punctorum, Leidæ apud Ioh. Maire, 1624.

conantur. Fieri aliquando potest, ut alicujus veritatis, quæ sine periculo ignorari potest, cognitio, hominum malitiâ, turbas det. Tum prudentiæ deputari debet, si ea nondum cognita silentio prematur, At nunquam fas est, veritatem jam in lucem protractam impugnare, aut bonâ intentione ei tenebras offundere. In id potius incumbendum est, ut hostem veritate abutentem solide refellamus. Et quid quæso hic periculi? An inter omnes illas varietates vel unica est, unde Christianæ fidei analogiæ vel pietati ullum detrimentum metui possit? Et unde quæso periculum metuimus fontibus, ut non semper in Ecclesiâ maneant authenticæ tabulæ? An aliunde quam à vulgatâ Latinâ, ejusque proxenetâ Rom. Ecclesiâ? Atqui hæc rivalis nihil obtinebit, habeant fontes manipulum unum aut alterum variarum lectionum: vulgata, Antiquitate cum fontibus neutiquam comparanda, habet plaustra. Si solas Editiones *b)* Sixti V. & *c)* Clem. 8. (fuit autem inter eas unius tantum biennii intervallum) conferas, invenies in iis ultra aliquot millia variarum lectionum. Multis in locis Interpres vulg. minus probabilem textus Ebræi lectionem interpretatus est. Hæret ergo in eodem luto, ut nihil jam dicam de manifestis & impiis locorum aliquot in vulg. versione corruptionibus quarum aliquot alibi deteximus. Cavebunt prudentiores pontificii Ebraïcam veritatem hac parte oppugnare, eâdem enim operâ contra vulg. disputarent.

b) 1590.
c) 1592. Vide de his Prolegom. nostra in censuram Vulg. Versionis Pentateuchi.

Object. 3. Non est credibile Deum passurum fuisse, Vetus Test. tot locis corrumpi. Resp. Si

ex paucis illis lectionum varietatibus (dico paucis, pro tanta librorum istorum antiquitate, & gentis Iudaïcæ variis & asperrimis calamitatibus & dispersionibus) disputabimus textum Ebręum esse corruptũ, quid fiet Novo? in cujus libros & mole, & numero & antiquitate cum V. Test. neutiquam comparãdos, tam paucis annis, Varietates numero longè plures, eæq; non solum circa singulares literas, sed & voces integras, hemistichia, versus, irrepsere. Credemusne V. T. Deo magis curæ fuisse quam novum? Nunquid magnum satis illud beneficium est, quod pro cœlesti hoc chirographo ita zelaverit, ut adversus malitiam & perfidiam hominum illud sartum tectum conservaverit, Iudæorumq; animos sic gubernaverit, ut violentas manus in hunc usq; diem adeo constanter ab eo abstinuerint, ut centies mori mallẽt (verba Bellarmini) quam Legem in aliquo mutari paterentur? An expostulabimus cum Deo, quod non unâ operâ omnes librarios & Typogr. qui ab ipsis Prophetarũ temporibus ad hunc usque diem libris sacris vel describendis, vel excudendis vacarunt, inter describendum & excudendum, ita direxerit, ut, tanquam θεόπνευστοι, ne in minimo quidem apiculo à primo autographo discesserint? Quamvis & hic vigil ille divinæ providentiæ oculus non dormitaverit, dum nullo qualiumcunq; istorum mendorum, vel minimum orthodoxæ fidei pietative detrimentum allatum est, semperq; remanserunt codices, ex quorum collatione aliorum menda reparari potuerunt. Vis exemplum? Tot locis pronomen masc. הוּא in fœm. הִיא/ ob affinitatem

duarum

duarum istarum literarum, degeneravit. Quia verò antiqua illa fuerunt sphalmata, Masorethæ ex nimiâ religione in contextu nihil mutarunt, sed in margine veram lectionem restituerunt, ejusque propriam vocalem voci, quæ intextu, corruptæ adjecerunt, vid. Masculinum corruptum sic punctarunt הִיא/ fœmininum sic הוּא/ docentes illa legenda esse הוּא & הִיא/ Ab hoc mendo præservavit Deus locum Gen. 3. 15. ubi primum de Christo Euangelium, ubi in omnibus Ebraïcis Bibliis, nullo omnino codice excepto, mansit Masc. הוּא cum vau. Manet ergo Deo solida laus, & fontibus debitum æstimium. Omnino enim cavit Deus, ne Iudæorum malitiâ ullibi; aut negligentiâ descriptorum temporumve injuriâ, in locis ad fidem moresve pertinentibus inficerentur, id quod a) *Bell. Mariana*, *Bannes*, *Senensis*, *Joh. Isaacus*, *Arias Mont. Sanderus*, *Lorinus*, *Acosta*, *Andradius*, & alii nobis concedunt, ac proinde ne decreto quidem Tridentino, quo vulgata omnibus versionibus præfertur, fontibus vel tantillum derogatum esse pleriique eorum nobis persuadere satagunt.

a) Horum testimonia alibi produximus vid. in Prolegom. ad censuram & collationem Belgicorum Bibliorum.

Object. 4. Sic deflorari laudem religiosæ Bibliorum conservationis, quam non solum Patres & nostri, sed & Pontificii doctiores Iudæis tribuunt. Resp. Manet illis debita laus, quod sacrum illud depositum non corruperint. Quod verò eorum librarii in quibusdam locis subinde lapsi sint, temporis longitudo, exiliorum multitudo & duratio, calamitates variæ & asperæ, librorum multitudo facilè excusaverint, præcipuè

si conferamus cum istis librorum N. Test. eorumque vocalibus non destitutorum, paucitatem, temporis, quo variæ Lectiones in id irrepsere, brevitatem, & variarum lectionum multitudinem. Magnam verò & in excessu peccantem eorum religionem in eo cernere est, quod in textu nihil mutare, imò ne literam quidem ad eum addere vel de eo detrahere ausi fuerint. Si quid mutandum, addendum, vel detrahendum judicârunt, id in margine fecerunt, vocalium appositione vel detractione variam lectionem in margine collocatam solummodò innuentes, in quo se non peccasse arbitrati sunt, cum textum vocalibus nudum haberent.

Object. 5. Tot jam annis à Masoretharum temporibus Iudæi in exilio vixérunt, variis calamitatibus obnoxii, & tamen Biblia conservant incorrupta. Quod si variæ Lectiones ex mendosâ descriptione & temporum calamitate ortæ sint, oportuit numerum earum ab eo tempore fuisse auctum. At hoc non est factum. Resp. Quod tot jam sæculis numerus variarum lectionum non increverit, variæ causæ sunt. 1. Ea utilissimus ille Masoræ thesaurus, quam Sepem Legis non immeritò vocant Ebræi. 2. Quod postremis his temporibus majorem curam gesserint conservandi textus, quam olim sub Regibus aut captivitate, cum tam proclives ad idololatriam essent. Vis ne ejus rei habere specimen? adi 2. Reg. 22. & videbis sub Iosiâ præter unicum illud authenticum legis exemplar, multis annis non visum, imò quod an in rerum natura esset, ne-

sciebant, nullum aliud in tota civitate Ierusalem fuisse. Videbis illic Legis divinæ lectionem Regibus, sacerdotibus & scribis omnino peregrinam & ad admirationem usq; obsoletam visam fuisse. Melioribus autem temporibus sola ferè Lex Mosis versabatur, ac in pretio erat, (ut & in hunc usque diem apud Iudæos observare licet, ubi cætera V. Testamenti propemodum jacent) quæ causa est, quod ea à mendis melius præservata fuerit. Notat Elias Levita, ex omnibus 848. variis lect. in Lege tantum occurrere 65. in Prophetis 454. in hagiographis 329. Miratur Elias & dicit sibi causas esse incognitas, cur tam paucæ in Lege reperiantur, inter quas 21. sunt circa vocem כתיב/ quas si demas, remanent tantùm 44. cùm in solo Iosua, qui vix decimam partem legis habet, sint 33. & in libris Samuelis 133. Quin illic nulla vox redundans aut deficiens (sicuti in aliis libris) occurrit. 3. Nec omnino verum est, post Masoretharum labores nullas varietates repertas. Quid enim sibi volunt illæ notæ in Venetis magnis, Buxtorf. & Interlin. Ier. 14. 14. item 22. 2. & alibi, ubi variam lectionem non per ק/id est, *Keri*, sed per נ"ל/id est, *codex alius*, notârunt. Vide in Explic. Specialium Anomal. nunquid *D. Junius* in suis annotationibus discrepantes lectiones alias à Masorethicis ex antiquissimo Cod. Heidelbergensi notavit 2. Chr. 26. 5. & 35. 3? Annon inter varias Editiones magna & varia discrepantia in vocalibus & accentibus, quam nos suis quoque locis annotavimus? Quò

referes

referes dissensum orientalium & occidentalium, quem Biblia Veneta in fine Masoræ, & ex eâ Cl. *Drusius* in libro de recta Lect. exhibent?

Atque hæc præcipua sunt quæ pro sententiâ illâ vulgò afferri solent, quæ an satis valida sint, docti judicent. Ego hæc Reformatarum Ecclesiarum judicio & censuræ subjicio, neutiquam tergiversaturus ea retractare, si quis certius & verius aliquid ostenderit. Mihi illud fuit propositum, juventutem à talium admiratione, alioquè à curiosâ & supervacanea indagatione ad meditationem & piam considerationem eorum quæ revelata sunt, revocare.

De Praxi & Exercitatione Grammatica.

Quemadmodum in Dialecticâ & Rhetoricâ, ita & in Grammaticâ non satis est artis præcepta didicisse, Exercitio opus est, & quidem iis, qui etiam Ebraicè scribere cupiunt, duplici, Analyseos & Geneseos. Cæteris, quibus id solum propositum est, ut Ebræa intelligant, solum Analyseos sufficit. Ea causâ est cur id quoque solum studiosis in consilio commendaverim. Instituet autem hoc exercitium juxta ordinem Grammatices. Et voces obviæ primo Etymologiam, deinde Syntaxin considerabit. Etymologia in vocibus singulis ita considerabitur, Primò singulas literas examinabit juxta cap. 1. Deinde syllabas juxta cap. 2. Tertio totum

vocis communes affectiones considerabit, vid. accentum & notationem cap. 3. videbitque an sit vox prima an flexa, simplex an composita. Postea quaret an sit vox numeri an sine numero. Si vox numeri, an nomen, an verbum. Si nomen, an sing. pl. vel duale, Masc. an fœm. primæ vel 2. declinationis, an analogum vel anomalum, an denique pronomen, prout docetur cap. 4. 5. 6. 7. 8. Si verbum, an sit præt. vel fut. an Partic. vel Infin. an sit anomalum vel analogum, ad quem ordinem referri debeat, an sit conjug. gravis vel levis. Quod si nomen verbale sit, ad quam formam reduci debeat, &c.

Syntaxis autem in singulis vocibus, sed magis in totâ oratione aut integrâ sententiâ sic indagabitur. Si nomen sit, videbit quo modo cum alio nomine conveniat, an syntaxi convenientiæ an vero Rectionis. Quid illi in tali constructione accidat, an vocales mutet, an Ellipsin, Pleonasmum, Enallagen vel aliam aliquam anomaliam patiatur. An denique plane regularis sit ejus constructio, sicut traditur lib. 2. cap. 1. Si pronomen sit, quid illi accidat, ad regulas cap. 2. examinabit. Si verbum sit aut nomen cum verbo constructum, ad regulas cap. 3. revocabitur. Ad caput 4. examinabitur verbum cum pronomine constructum. Adverbij autem (sub quo & præpositio) generalis cum qualibet voce, & in specie cum nomine constructio cap. 5. De Syntaxi adverbij cum pron. cap. 6. cum verbo aliisque adverbiis cap. 7. docetur. Anomala adverbij constructio cap. 8. proponitur. Syntaxin conjunctionis ejusque anomaliam cap. 9. habes. Restat consideratio Pausarum & periodorum distinctio, quorum

tractatio

tractatio reliquis capitibus absolvitur, vid. decimo, si analoga sit pausarum collocatio; undecimo, si anomala. Considerabit an integra sententia, an verò pars ejus distinguatur, an regiæ sint Pausæ, an ministræ, &c. Sic integræ sententiæ propositæ examen absolvetur. Quod si verò occurrat specialis aliqua anomalia, eam in hac coronide invenies.

EXEMPLI GRATIA,

Jes. V. 22.

vinum bibendum ad potentibus Væ
הֹוי גִּבֹּרִים לִשְׁתּוֹת יָיִן
siceram miscendum ad roboris viris &:
וְאַנְשֵׁי חַיִל לִמְסֹךְ שֵׁכָר

הוי] hoi. ה *consona, aspiratio simplex, 1.1.11. holem quarta vocalis longa, &c. Jod consona, &c. Syllaba unica est, desinens in consonam, ac prorsùs à parte posteriori composita, 1.2.5. adhibetur autem hic vocalis longa, quæ non posset per ćeva subintellectum ad se trahere literam sequentem, atque ita syllabam a parte post. compositam constituere, nisi fulta esset accentu nativo, 1.3.2. Dixi syllabam hanc desinere in consonam, Jod enim hic quasi-diphthongescit, 1.2.9. Accentus sakeph gadol (2.11.4.) occupat locum accentus nativi. Est vox prima flexa, sine numero, adverbium.* Synt. *Adverbium cum nomine, 2.5.31.*

גִּבֹּרִים Etym. *De literis non monebo amplius. Syllabæ 3. Prima* Gib, *desinens in consonam, à cum hirik p.* Gi, *cum autem hoc hirik sit vocalis brevis, necessariò ad se trahit consonam sequentem,* quod hic fit

hic fit per Dages, illud hic duplicat literam. Dages enim est symbolum confusionis duarum consonarum in unam, separantur tamen syllabis, 1. 2. 26. Distinguitur a. hoc Dages à puncto sex tenuium (vulgo Dages leni) quod ponatur immediatè post vocalem, Ibid. §. 27. Secunda syllaba בוֹ / desinens in vocalem longam, simplex, 1. 2. 3. Tertia רִים rim, syllaba in consonam desinens, mediante vocali longâ, idque beneficio accentus nativi, 1. 3. 2. Vox acuta est, accentus Tipcha supplet locum accentus nativi. Est vox flexa, simplex, numeri, plur. finita, nomen, Declin. 1. Masc. gen. analogum, singulare est גִּבּוֹר / Th. est גִּבֵּר / Est ג verbale conjugationis Phiel, lib. 1. cap. 15. form. 9.

לִשְׁתּוֹת Etymol. Duæ syllabæ, prima liç, ל cum hirik p. li cumque istud hirik rursus sit vocalis parva, non potest absolvere syllabam, trahit ergo ad se literam sequentem, ut fiat syllaba in consonam desinens, ac proinde à parte posteriori composita, liç, Ea compositio fit per çeva, quod hic claudit syllabam, 1. 2. 13. Altera est תּוֹת θωθ, ת cum holem, θω, vocalis longa debebat absolvere syllabam, 1. 2. 5. sed quia fulcitur accentu nativo, potest fieri syllabæ à parte posteriori compositio, & fit hîc per çeva subintellectum, 1. 2. 9. Vox est flexa, composita ex ל & שְׁתּוֹת / ל est vox sine numero, inseparabilis, 1. 3. 18. & 1. 37. 3. שְׁתּוֹת vox flexa, simplex, numeri, infinita, verbum, formæ activæ, primæ conjug. levis, anomalum, ut גְּלוֹת 1. 32. 17. Th. שְׁתֵּה /

Syn-

Syntaxis *est præpositionis cum verbo, & quidem infinito, 2.7.6.* ל *quidem ordinariè notatur çeva, 2.5.3. sed ob sequens çeva sub* ש / *convertitur in hirik, 1.2.7.*

יַיִן vinum. Etymol. *Duæ syllabæ,* ja-jin, *vox penacuta, locum accentus supplet Athnach. Vox est prima, simplex, numeri, sing. finita, nomen, Declin. pr. Masc. gen. Anomalum, caret enim plurali, 1.6.33. In contractione est* יֵין *1.6.27.* Synt. *regitur à præcedenti voce, est autem Ellipsis articuli* הַיַּיִן *2.8.3. Accentus major Athnach perfectam sententiam concludit, & plenè distinguit partem primam versus à secundâ, 2.10.3. mutatis insuper phathach primæ syllabæ in (ֲ) 2.10.4. in fine. Extra pausam enim esset* יַיִן /

וְאֲנָשִׁי Etymol. *çeva sub* ו *inchoat syllabam, 1.2.10. & necessariò interserendum E rapidum inter* ו *& syllabam* An. *Est ergo syllaba in consonam desinens, id est, à parte post. composita, quæ rursùs à parte anteriori componitur, 1.2.5. çeva sub nun claudit syllabam, 1.2.13. Tod quiescit in Tseri, ac proinde syllabam non componit, 1.2.9. Vox est sine accentu, propter Maccaph, 2.10.14. Vox est composita, vid. ex* ו *voce sine numero, conjunctione inseparabili, 1.3.18. & 1.38.2. & nomine* אֲנָשִׁי / *pl. num. Declin. pr. masc. gen. contracto, & quidem contractione secundariâ, 1.6.21. Absolutum est* אֲנָשִׁים / *prima contractio* אֲנָשֵׁי / *secundaria* אֲנָשִׁי / *Est autem anomalum, Sing. enim est* אֱנוֹשׁ *1.6.32. Th. est* אֲנָשׁ ærumnabilis fuit.

Nobilissimis creaturis, & inter eas homini, vilissima nomina Deus imposuit, tanquam frœna superbiæ, & humilitatis documenta. Sic & אָדָם homo, *ab* Adama, *id est, humo. Sunt quidem & alia animantia ab humo, sed quia nec indigent istis documentis, nec capiunt, ideo ab humo non sunt denominata.* Synt. *conjunctionis cum nomine, 2. 9. 1. Ad plenam autem sententiam reperi debet* הוי *ex primo membro, &* [væ] viris, *&c. Vox verò posterior* אַנְשֵׁי *regit sequentem* חַיִל *Syntaxi rectionis, 2. 1. 18, ac propterea contractio secundaria adhibetur, §. 19. Jungitur insuper cum eâ per Maccaph, ut dictum, quod tamen non corripit hîc ultimam vocalem, 2. 10. 16.*

חַיִל Etymol. *Vox similis superiori* יַיִן / *nisi quod hic non sit pausa, unde manet (-) sub* ח / *& quod pluralem habeat, licet anomalum, 1. 6. 18.* Synt. *De eâ jam dictum. Est autem Genitivus adjuncti, 2. 1. 43. quod est adjectivi loco, 2. 1. 20.*

לְמָסֵךְ *vox flexa & composita, ut* לְשַׁחֲוֹת ? *quod supra habuimus.* מָסוֹךְ *Infin. Kal, analogum, ut* פָּקוֹד *à themate* מָסַךְ / *unde Lat.* Misceo, *Germ.* misschen. *Significat 1. potum, ex more calidarum istarum regionum, aquâ miscere. 2. potum sic mixtum infundere vel in poculum, vel ex poculo in ventriculum, quomodo hic accipitur.* Synt. *Eadem ut supra.*

שֵׁכָר / Etym. *Duæ syll.* שׁ *cum (ֵ) çe, vocalis longa absolvit syllabam, 1. 2. 3. chaph cum (ָ) cha, trahitq; ad se literam sequentem* ר / *ut sit syllaba à parte post. composita* chaar, *quod fieri non*

potuiſſet, (camets enim eſt vocalis longa) niſi fulta eſſet accentu nativo. Fit autem illa compoſitio per çȧva ſubintellectum, ſub ר / At ſupra in לְמֶ֫ adhibebatur expreſſum, 1.2.9. Eſt vox flexa, ſimplex, numeri, ſing. finita, nomen, primæ Declin. Maſc. gen. carens plurali, 1.6.33. ac proinde anomalum, licet 1.6.15. exempli cauſa formetur in plur. numero. In ſtatu contracto שִׁכֹּר 1.6.24. To. eſt שָׁכַר inebriatus eſt, ſignificat omnem potum inebriantem, etiam vinum includens. LXX. vocem Ebr. aliquando retinuerunt, σικερὰ, quod etiam Luc. 1.15. extat. SYNT. Eadem quæ ſupra vocis יָ֫ / Pauſa regularis Siluk (quæ ſimul quoque locum nativi accentus occupat 2.10.1.) imponit hîc finem perfectæ ſententiæ, & periodus vocatur, 2.10.3. Ad hunc modum Tyro ſe aliquandiu exercebit, ſive calamo, ſive linguâ.

Verbum addam de Geneſi, quam ſic inſtituet, quiſquis accuratiorem Ebraiſmi notitiam deſiderat. Vertet aliquando ex Græcis Latiniſve aliquam ſententiam. Quod ſi vocalis magiſter non adſit, ſibi ipſi præceptor erit, hoc modo: Vertet aliquid ex Latina verſione Veteris Teſt. Illud poſtea conferat cum originali textu. Ita ſi conſuluerit Grammaticam & Lexicon, errata ſponte ſe in judicium ejus ingerent.

PERORATIO.

AGite ergo ſtudioſi adoleſcentes & in ſanctiſſima hæc ſtudia diligenter incumbite: veſtra ætas linguis diſcendis maxime idonea & accommodata

modata est. *Vos præstabitis ἀπόνως quod provectiores vix σπουδῶς. Ita enim summus ille rerum arbiter humana ingenia disparavit, ut quæ ferè ad res abstrusiores capiendas sunt inepta, ad linguas discendas sint maxime accommodata. Liceat mihi vos alloqui verbis magni istius Lutheri*, sæpe monui, *inquit*, ut Ebræam linguam disceretis, nec eam ita negligeretis. Etsi enim ejus linguæ nullus alius esset usus, tamen pro gratiarum actione discenda erat: quod pars quædam religionis & cultus Dei sit, eam linguam docere vel discere, quæ sola, quicquid unquam divini est, docet. Auditur enim in ea Deus loqui, audiuntur sancti invocantes & maximas res gerentes, ut studium quod in hanc linguam discendam impenditur, Missa quædam seu cultus Dei meritò vocari possit. Quare seriò vos hortor, ne eam negligatis: periculum enim est, ne Deus, hac ingratitudine offensus, privet nos, non solùm cognitione hujus sanctæ linguæ, sed & Græcæ & Latinæ & totius religionis. Quàm facile n. ei est excitare barbarum aliquem populum, ut hæ linguæ unà intereant? Sed præterquam quod pars cultus divini est hoc studium, continet etiam maximam utilitatem. Si enim aliqui futuri sunt Theologi, sicut necesse est, neque enim omnes Iura aut Medicinam discemus, oportet eos esse munitos contra Papam & aliud odiosum hominum vulgus, qui cum unam Ebræam vocem sonare didicerunt, statim putant se magistros hujus sanctæ linguæ esse. Ibi nisi eam nos teneremus, tan-

* Lutherus in comment. ad Ps. 45.

quam asinis illudent & insultabunt. Si autem nos quoque muniti fuerimus cognitione hujus linguæ, poterimus eis os impudens obstruere. Sic enim Diabolo & ejus ministris resistendum est. Arbitror enim nos habituros religionis nostræ hostes, Hispanos, Gallos, Italos, &c. Ibi autem cognitione Ebrææ linguæ opus erit. Scio enim quantum mihi profuerit contra hostes meos. Quare hac quantulacunque cognitione infinitis aureorum millibus carere nolim. Et vos quoque dabitis operam, qui aliquando docebitis religionem, ut hanc quoque linguam discatis, si non pecora campi & indoctum vulgus haberi vultis, quod editis Germanicis libellis adjutum, utcunque Dominicalia & Catechismum docet, &c. *hactenus* B. Lutherus. *Qui si jam viveret & laudabilia Belgicarum Synodorum super hac re decreta legeret, graviori, scio, oratione Saxonicas Ecclesias alloqueretur atque ad Belgicarum imitationem proculdubio hortaretur. Et quidem Synodi Frisicæ decretum, anno 1624. conditum Franekeræ mea, quam Grammaticæ præmisi, exhibui. Nunc verò addam decretum aliud, quo superius illud hoc anno 1625. confirmatum est astrictumque amplius.*

APOGRAPHUM
EX
ACTIS SYNODI Frisicæ
habitæ Doccomii 1625.

Quod ad decretum Synodi Harlingana attinet, super studiosis Theologiæ, quo cautum est, ne

illis,

illi in posterum ad Examen admittantur, nisi in Ebræa & Græca lingua mediocriter versati sint, Fratres hujus Synodi, auditis expensisq; rationibus à .... in contrarium productis, neutiquam censent eas ejusmodi esse, ut propterea laudabile illud decretum mutari debeat, quin contrà judicant, admodum ædificativum, necessarium & utile esse, ut ei inhæreatur, utque illud quàm diligentissimè & maximè serio observetur, addentes hoc interpretamentum, decretum istud pertinere non ad eos solummodo, qui recens ex Academiis venientes ad Examen admitti desiderant, sed ad omnes qui studuêre, etiamsi annum aut amplius extra Academiam, aut vitam privatam vixerint, aut scholasticam pædagogicamve functionē obierint. Quod verò ad Idiotas attinet, præsens Synodus nihil derogat bonis decretis, quæ super isthoc negotio, tam in Nationalibus, quam hujus Provinciæ Synodis ante hac condita sunt. In originali subscripserant

Philippus Eilshemius
Ecclesiastes Harling. Synodi Præses
& Wibrandus Hommius,
Synodi Scriba.

Salvete piæ animæ quotquot sanctum hoc negotium promovistis. Vidistis jam vestræ pietatis fructus, dum vestrum exemplum vicinæ Synodi imitatæ sunt & fulgentissima Ecclesiarum lumina vobis hunc animum gratulantur. In cujus rei documentum satis mihi erit Veterani & suo merito venerandi Theologi judicium hîc apposuisse.

APOGRAPHUM EPISTOLÆ

Rev. Viri, D. Doct.

FRANC. GOMARI

ad Synodum FRISICAM DOCCOMII congregatam datæ.

Salutem & pacem à Deo Patre per I. Christum.

QUAMVIS aliquâ locorum intercapedine (reverendi Patres) dirimamur, arctissimâ tamen communionis sanctorũ sub eodem Christo capite necessitudine devincti sumus: adeo ut seriò non solum cum dolentibus dolere, sed cum gaudentibus etiam gaudere jubeamur. Quocirca dissimulare sine ingratitudine non possumus, quanta meritò lætitia perfusi simus, postquam nobis præclara virtus vestra innotuit: quod gravissima atque utilissima D. AMAMÆ Paræneſi confirmati, in Examine Candidatorum Theol. & Græcæ & Ebrææ linguæ rationem habendam sanctissimè & prudentissimè (Gallicarum Ecclesiarum more) statuistis. Alioqui enim verendum erat, ne quemadmodum sacrarum illarum linguarum studiis, patrum nostrorum memoriâ, suscitatis, simul veritas pene sepulta emergere cœpit ac caput attollere; ita contra studiis hisce neglectis, in pristinam barbariem & veritatis jacturam relaberemur. Gratulor igitur vobis, Patres Reverendi, insignem illam Pietatem ac prudentiam, quod Ecclesiæ Dei (quam sanguine suo acquisivit) laboranti ac ruinam minitanti, salutarem statui vestri manum primi in Belgio subjecistis. Quo fiet ut S. Theologiæ studiosi, qui ad ministerii

Euan-

Euangelici munus aſpirant, recto ordine procedant, ſcripturamq́; non per ſolam variæ interpretationis tranſennam eminus aſpiciant, ſed eam penitius intueantur ac ſcrutentur, ſanctarum linguarum ſubſidio adjuti. Quo modo & certius veritatem docere & eruditis adverſariis occurrere, oraque iis obturare valebunt. Qua in re non ſolum reliquis Belgii Eccleſiis æternâ cum veſtra procerumq; Phryſiæ laude præluxiſtis: ſed etiam veſtro exemplo tam auſtralem quam Borealem Hollandiam inflammaſtis, ut D. AMAMÆ hortationi (graviſſimis rationibus ſubnixæ) locum darent, veſtrumq́ue decretum, ſine invidia, ſincerè ad Eccleſiæ emolumentum Deiq́ue gloriam imitarentur. Quod uti fratres Geldros ſecuturos non levibus literarum indiciis arbitramur; ita nuperæ Groninganæ Synodi, menſe Majo, conſenſionem (veſtro & Hollandiæ decretorum ductu) meritò acceſſiſſe corã cognovimus ac comprobavimus. Adeo utile eſt, pio & laudabili inſtituto præire, aliiſq́ue comiter viam demonſtrare! Nec pietatem ſolummodo, ſed prudentiam etiam veſtram ſingularem vobis gratulamur. Quippe, ut rem honeſtiſſimam utiliſſimamq́ue decreviſtis, ita factu non difficilem, dilatâ illius in annum integrum obſervatione, omnino reddidiſtis. Nam quemadmodum Themiſtocles licet adultior (ut Plutarchus memorat) cum Rege Perſarum de rebus gravibus locuturus, anni ſpacium diſcendæ linguæ Perſicæ poſtulavit, ut regis verba intelligere certius & ei reſpondere tutius, ſine interprete valeret, idq́ue eo intervallo eſt aſſecutus: ita & vos prudentiſ-

ſimè

simè Candidatis Theologiæ, ut Deum Regem in S. Literis loquentem aliqua ratione intelligerent, annum indulsistis. Pergite igitur vestrâ illa virtute & constantia Ecclesiam stabilire. Ita Deus optimus Pater vos omni gratiæ spiritus sui cumulo auctet & conservet per Dominum nostrum Iesum Christum. Valete Reverendi Patres, & meam hanc gratulationem observantiæ erga vos, & amoris mei erga Ecclesiam testificationem, pro solitâ humanitate vestra boni consulite.

Groningæ 4. Iunii CIↃ IↃ CXXV.

Subscriptum erat, Vestrum observantissimus
FRANCISCUS GOMARUS.

Errata & omissa.

In Prolegom. ab ipso titulo libri supputando, pag. 14. lin. 12. lege לְדוֹר דוֹר / p. 29. lin. 9. lege, disputant, p. 30 lin. 15. lege, megilla. In ipsa coronide p. 42. lin 9. dele CAP. XXI. p. 63. ad cap. 18. Adde, vers. 23. וַיִּסַּב pro וַיָּסֹב Fut. 2. hiphil à סבב / pag. 73. ad cap. 15, adde, vers. 37. רְעֵה / in Regim. retinet (ֵ) contra regulam 1.6.26. Sic & 1 Reg. 4 5. At 2. Sam. 16. 16. est analogum. Alibi non extat in Regim. / p. 123. ad Ps 65. adde, vers. 6. מְכוֹנַן / in Reg. retinet Camets contra regulam.

FINIS.

EXPLICATIO

Specialium Anomaliarum rarius occurrentium, juxta ordinem librorum V.T. qui observatus est in Bibliis Interlinearibus.

Vbi tres numeri occurrunt, prior librum Grammatices; secundus, caput: tertius paragraphum notat.

GENESIS.

Caput I.

Vers. 1. בְּרֵאשִׁית, Ad literam ב notarunt Massoritę ב רַבָּתִי Beth majusculum. Ajunt ideo adhibitum, ut sublimitas & magnitudo operis creationis indicaretur.

Vers. 21. לְמִינֵהֶם, Aliis est singulare, *juxta speciem suam*, ac tunc imitabitur formas 2.2.20. quasi esset à מִינָה. Aliis verò est plurale, *juxta species suas*, cum defectu Jod, 2.2.9. Singul. usitatum est מִין.

Vers. 22. וְרִבּוּ. Vide 1.32.12. Et nota esse sine vau conversivo: Rara enim est hæc Apocope sine Vau prædicto.

Vers. 24. וַחְיֵתוֹ vide in Grammat. indicem Alphabeticum pag. 235.

Caput II.

Vers. 4. בְּהִבָּרְאָם, Ad literam ה notatum in margine, ה זעיר, *He parvum*, Et sic in accuratissimis codicibus pingitur. Divinant Ebræi ideo adhibitum characterem minorem, ut indicaretur, fore, ut omnia creata minuantur & intereant, & ut litera ה constat ex lineis dissolutis & ab invicem separatis, sic creata cuncta dissolutum iri. Alii alia, quæ vide apud Merc. Buxtorf. & alios.

Vers. 7. וַיִּיצֶר, Cur segol sit sub י, vide in Addit. ad Grammat. p. 228. §. 2.

Vers. 19. וַיִּצֶר cum defectu Jod 1.10.22. Atque ita semper occurrit, excepto unico loco, ℣. 7. ubi de creatione hominis agitur. Notârunt autem Ebræi, illic non sine causâ vocem illam plenè scriptam cum duobus Jodin, וַיִּיצֶר, hic verò, ubi de creatione bestiarum sermo est, defectivè, id est, cum unico Jod exaratam. *Duo Iodin*, inquit R. Salomo, *duo sæcula notant, præsens & futurum. Homo autem conditus est ad utrumq; sæculum, Bestia ad præsens solummodò.* Hæc arguta magis

sunt

sunt & ingeniosè excogitata, quam solida, ut & illud quod ad ℣. 2. notarunt. Scribitur illic תולדות *generatianes* plenè, cum duplici Vau. Massora notat בימלאים דמלי, duo sunt utrinque plena. Alterum extat Ruth. 4.18. Cætera defectiva sunt, vel enim sic scribitur תולדת, vel sic תלדות, Rationem hanc reddit R. Isaac Caro, *cum Deus creasset mundum, non erat Angelus mortis. Ex quo autem peccavit homo, fecit Deus, ut Mors imperium in mundum haberet, decurtaretq; omnes generationes. At cum venisset Phares* (Ruth. 4.) *factæ sunt generationes ejus plenæ, quia Messias ex eo procreandus erat, & Dominus absorpturus mortem, &c.*

Vers. 23. לקחת pro ך 1.2.21. præt. phual.

Caput III.

Vers. 12. הוא 1.8.3. videtur ea scriptura orta ex affinitate characterum.

Vers. 16. הרבה, Infin. Hiphil pro ב 1.34.10.

Vers. 21. כתנות tunicas, puto esse à singulari jam obsoleto כתנה, Alii referunt ad 1.7.14. cum magna anomaliâ.

Caput IV.

Vers. 4. וּמֵחֶלְבֵהֶם 2. 2. 9. Pagninus tamen ait in quibusdam codicibus legi cum Jod, בֵּי.

5. יִשַׁע 1. 32. 12.

16. וַיֵּצֵא accentus rejectus ad penultimam, ex regulâ 2.11.8. ne id vau conversivo asscribas.

23. שְׁמַעֲנִי 1. 10. 11.

Ibidem הַאֲזִנָּה *auribus percipite*, Fut. primum Hiphil, pro הַאֲזִנָּה ab אֹזֶן *auris*.

26. הוּא pro לוֹ, Enallage casuum.

Caput V.

Vers. 6. חֲמֵשׁ שָׁנִים, Sic quoque vs. 7. 11. 14. 15. & alibi passim cum fœminins numeralibus construitur. Referendum ergo illud שָׁנִים ad 1. 7. 22.

Caput VII.

Vers. 23. וַיִּמַּח si sine Dages legatur in a, erit Fut. Kal. 1.32.12. Si vero cum Dages, וַיִּמַּח, erit Niphal 1. 32. 27. Variant hîc codices.

וַיִּשְׁאַר penacutum est in emendatissimis libris.

CAPUT VIII.

Vers.7. יִבְּשֶׁת, Nomen est à יָבֵשׁ, ut יְכֹלֶת *potentia*, a יָכוֹל quæ alii ad Infinita Kal anomala referunt.

Vers.10. וַיָּחֶל penacutum, *& expectavit*, Fut. 2. Niphal pro וַיִּיָּחֶל, quod extat ℣.12. quod ex paradigmate esset, יִוָּחֶל, à Th. יָחֶל, vide cap. 18. lib. 1.

Vers.17. הוֹצֵא educ. Ita scriptum invenerunt. In margine, ק' הַיְצֵא .i. קְרִי *Keri* legitur הַיְצֵא Varia lectio est, quæ à similitudine literarum ו & Jod ortum suum habet.

Vers.18. וַיֵּצֵא ut supra cap. 4. 16. Ibi rejectus fuit accentus ad penult. ob sequentem dissyll. penacutam: hîc ob sequentem monosyllabam cum accentu, 2. 11. 8.

CAPUT IX.

Vers.2. חִתְּכֶם pavor vester, ex abs. חַת Referri debet ad 1. 6. 8.

Vers.14. בְּעַנְנִי *in obnubilando me*, Infin. Phiël cum affixo, pro בְּעַנֵּנִי.

Vers.24. וַיִּיָּקַץ ut supra וַיִּיָּצֶר Genes. 2.7.

Caput XI.

Vers.7. נְבַלְּה *confundamus*, Fut. 2. Kal cum ה parag. pro נְבַלָּה ut נָסוֹב 1. 25. 2. Thema est בָּלַל /

Vers.9. בָּבֶל pro בַּלְבֶּל, *σύγχυσις, confusio*. Euphoniæ gratiâ extritum est prius ל, ut in Golgotha posterius.

Vers.30. וָלֶד filius, vau pro Jod.

Caput XIII.

Vers. 5. אֹהָלִים est plur. à sing. analogo formæ אוֹצָר אֹהֶל 1. 11. 2.

Vers.9. אַשְׁמִיאֵלָה Fut. 2. hiphil cum ה paragog. pro אַשְׁמִיל, à themate שָׁמַל sinistra, ubi א quiescens est pro vau.

Caput XIV.

Vers.10. הָרָה in montem, pro הָר 2.8.6.

Caput XV.

Vers.2. אֲדֹנָי יְהוִה, De priori voce vide Gramm. 1. 6. 14. occurrit in Bibliis קְרֵי id est, 134. vicibus. septem ex illis sunt Ladonai, & tria Vadonai. Ex Masorâ. De posteriori prolixius agetur in discursu nostro de nomine Tetragrammato.

Vers. 14. עָבָדוּ accentus Tipcha subi reduci

reducit ſjeva in holem. 2. 11. 2.

CAPUT XVI.

Verſ. 4. וְחֻקָּל 1. 25. 16.

Verſ. 10. הַרְבֶּה, ut ſupra cap. 3. 16.

Verſ 11. וְיֹלַדְתְּ, Aliis eſt compoſitum ex præterito & Participio Kal. Poteſt etiam referri ad formam quadratam, 1. 14. 12.

Ibid. עַנְיִיךְ, Ita codices quidam ſcribunt cum Jod redundante, de quo tamen in Maſorâ ſilentium.

Verſ. 12. *Et ipſe erit* פֶּרֶא אָדָם qui vertunt *ferus homo*, excipiunt à regula 2. 1. 4. Sed nulla neceſſitas. Statuamus potius Ellipſin literæ chaph ante *Phere*, *erit* [*tanquam*] *homo* [*tanquam*] *onager*, aut literæ ב ante אָדָם cum Chaldæo, *Et ipſe erit ferus*, vel *rebellis inter homines*, vel cum geminâ Ellipſi, *erit* [*tanquam*] *onager* [*inter*] *homines*. Utrumque enim vox Ebræa denotare poteſt. Et Chaldæi codices variant, dum alii legunt ערוד alii מרוד, Si reddas, *ferus inter homines*, poterit etiam referri ad regulam 2. 5. 21.

Verſ. 13. רָאִי, *Viſionis*, eſt nomen formæ 13. cap. 33. lib. 1. & addi debet ad exempla addu&ta §. 3. pag. 125. vide Addi-

tiones pag. 227. At רְאִי in sequentibus Participium est cum affixo, à רָאָה vidit.

Vers. 15. שָׂם, Mass. *omne* שם *est cum Kamets* (parvo, id est, tzeri) *exceptis sex, quæ habent segol.*

Caput XVII.

Vers. 1. וַיֵּרָא 2. 9. 2.

Vers. 4. אַב, Bis, & quidem hoc tantùm capite, occurrit pro אַבִי in Regimine ab אָב.

Vers. 17. וַיִּצְחָק, Massora notat hoc unum esse ex 12. quæ in hoc libro non mutant Pathach in Athnach ex regula 2. 10. 4.

Vers. 26. נִמּוֹל circumcisus est, Præt. Niphal pro נִמַּל à נָמַל 1. 10. 32.

Caput XVIII.

Vers. 2. וַיִּשְׁתַּחוּ 1. 36. 5.

Vers. 9. אֵלָיו, Extra ordinem punctatum est supra איו, Sic & cap. 16. וּבְנֶיהָ, ubi punctum supra Jod. Tales voces xv. numerant Massoritæ, de quibus videndus Cl. Buxtorf. in Grammat. cap. 5. & in Tiberiade, Comm. Mass. cap. 17.

Vers. 13. וְקַנְתִּי, unum ex XI, quæ in Genesi retinent Phathach in Siluk.

Caput

CAPUT XIX.

Vers. 2. הִנֵּה ecce, non scribitur amplius cum segol.

Vers. 8. הָאֵל, *illis*, 1.8.7. Massora notat octies reperiri in sensu profano. Alias semper significat *Deus*, ὁ θεὸς.

Vers. 23. צֹעֲרָה in soar, ה locale 2.8.6. planè secundum regulam, ut גִּרְנָה accentu in penultimâ. Ergo vides puncta rapta non constituere syllabam, ut & suprà 18.6. הָאֹהֱלָה, Sic & Exod. 18.7.

Vers. 33. וּבְקוֹמָה, Et hoc extra ordinem punctatum est. Nugantur hîc Ebræi. Vetus tamen est hæc punctatio & ab Hieronymo agnita, Sic enim ille in Quæst. in Genesin, *Appungunt desuper, quasi incredibile, & quod rerum natura non capiat, coïre quempiam nescientem.*

CAPUT XXI.

Vers. 6. יִצְחָק, Fut. 2. Kal, pro יִצְחַק.

Vers. 11. וַיִּרַע, Futurum 2. Kal, non à רוּעַ ut in Bibliis Interlin. notatur, sed à יָרַע, ut יִרַע à יָרַע 1.10.22.

Vers. 14. חֵמַת *urceum*, pro חֵמֶת, ut Vs. 15. & 19.

Vers. 16. כְּמַטַּחֲוֵי *sicut jaculantes*, ut qui

jaculantur, quantum sagittarii à scopo abesse solent, כ est adverbium inseparabile, reliquum est participium præsens Piel, plur. in statu contracto, cum Epenthetico à טָהַר, Esset מְטַהֲרִים, dages absorpto, 1. 35. 8.

Vers. 28. בִּבְשׁוֹרֵת, in Regim. ex בְּשׂוֹרֵת, 1. 7. 4.

Ibid. לְבַדְּהֶן pro לְבַדָּן, quod extat ỳs. 29. cum ה paragogico, 2. 2. 7.

Caput XXII.

Vers. 17. הַרְבֵּה ut Gen. 3. 16.

Caput XXIII.

Vers. 2. וְלִבְכּוֹתָהּ, Scribitur cum parvo Chaph in libris accuratioribus. Baal Turim notat ideo adhibitum, quod parum fleverit Abraham: Erat enim vetula. Nugæ. Buxtorfius aliam rationem tradit, eâ vid. doceri, planctum & luctum propter mortuos viris minuendum esse, ne modum excedat, luctumque ipsius Abrahami cum moderatione fuisse.

Vers. 7. וַיִּשְׁתַּחוּ, 1. 36. 5.

Caput XXIV.

Vers. 14. חַנֹּעֲרָ, Masora notat legi, הַנַּעֲרָה

תְּעָרֶה. Et ad Gen. 34. 12. *Vbique in lege legitur defectivè sine* ה *præterquam* Deut. 22. 19. cujus versus initium ibi memoratur. Bis & vigesies occurrit in Lege, & semel tantum plenè, loco jam indicato. Nugas solummodo hîc afferunt Judæi. Quid si dicamus, נער olim communis generis fuisse, posteriores autem Ebræos in punctatione distinxisse. Expende Lector.

Vers. 20. וְתִּעַר, Futurum 2. Phiel, cum Apocope תֵּיִ ה, pro תְּעָרֶה, 1. 35. 6. Nota tamen in Apocope esse א ac si in pleno sequeretur Dages.

Vers. 26. וַיִּקַּד, 1. 25. 9.

Vers. 33. וַיְיֻשָׁם, Ita scribitur in interlin. At in Venet. & Basil. melius וַיִּישָׂם, Ecce duplex lectio, quarum ea quæ in textu cum gemino ״ vitiosa, saltem minus commoda; ea verò quæ in margine וַיִּישָׂם cum י analoga, hanc ergo etiam in textu indicare voluerunt Masoritæ, dum in secundo Jod posuerunt punctum, ut docerent pro Jod legendum esse vau, planè ut in margine scriptum est. sic dico, cum in pluribus codicibus invenirent ״, piaculum se commissuros putarunt, si in textu quippiam mutarent. Tamen quia scripturam illam de mendo suspectam habue-

habuerunt, punctatione illâ oſtenſum voluerunt, quomodo legendum eſſet, ac denique in margine conſonantes ita collocarunt, uti punctationis ratio requirebat. Eadem eſt in aliis ratio. Eſt autem וַיָּשֶׂם Fut. 2. hophal à th. שׂוּם poſuit, 1. 22. 15.

Verſ. 41. מֵאָלָתִי, א non mutat (ר) in hâc voce, 2. 2. 30.

Verſ. 42. אַתָּה *es tu*, אַתְּ Eſt, ſunt, ſed cum affixis ſecundæ perſonæ etiam eandem perſonam induit, & affixum redditur recto caſu, ut in adverbiis pleriſq; fieri ſolet.

Verſ. 49. אַתֶּם *eſtis vos*, ut 42.

Verſ. 65. הַלָּזֶה iſte, 2. 5. 5.

Verſ. 67. הָאֶחָדָה ut ſupra, 19. 23. Eſt autem & hic penacutum ex regula 2. 8. 6. nec obſtat quod accentus ſit ſupra ultimum ד, Eſt enim Paſta unus ex accentibus poſtpoſitivis, 2. 11. 11. & quidem hic geminatur ejus figura, priore tamen oſtendente propriam ſedem accentus. Vide cætera iſtius paragraphi.

CAPUT XXV.

Verſ. 23. מְלֻאִם *præ gente*, pro מִלְּ, 1. 2 31. de reliquo vide, 2. 8. 17.

24. תוֹמִים gemelli, pro תְּאוֹמִים.

27. אֱלֹהִים, ut suprà cap. 13. 5.

29. וַיֵּזֶד, Vulgò deducunt à נָזַד ut sit, pro וַיִּזֵּד Fut. 2. hiphil. Nos dicamus esse regulare à זוד, ut וַיָּבֹז, quod ejusdem significationis sit cum נָזַד, ut נמל & מול.

31. מִכְרָה *vende*, Futurum 1. Kal cum ה parag. pro מְכוֹר, planè ut נִצְרָה, 1. 10. 8.

34. וַיֹּאכַל, Retrahitur accentus, licet in ultimâ sit phatach.

CAPUT XXVI.

Vers. 3. הָאֵל *illas*, sic & ψ. 4. &c. Vide supra, 19. 8.

12. שְׁעָרִים mensuras. Mass. *non extat amplius eâ significatione.* Aliàs enim significat *portas.*

13. וַיִּגְדַּל, Multi putant esse Infinit. Kal, pro גָּדוֹל *crescendo*, sic Kimchi, Merc. ad thes. & cl. Junius in margine. Alii tamen putant esse nomen pro participio, *& crescens*, ut חָפֵץ *volens.*

28. רָאוֹ, 1. 32. 17.

29. נִגַּעְנוּךָ, tetigimus te, Præt. Kal. נָגַע cum affixo עְנוּ pro עוּ.

Ibid. נִשְׁלַחְתָּךָ, Futurum 2. Phiel, pro לַח.

35. וַתִּהְיֶינָה, pro וַתִּהְיֶיןָ, Futurum 2. Kal, ab הָיָה.

CAPUT

CAPUT XXVII.

Vers. 3. צַיִדָה, Duplex lectio, una cum צַיִדָה/ה, altera, quæ in margine notata, sine צַיִד/ה cujus puncta voci quæ in textu est, addiderunt, unde notat Masora, in Keri, id est, lectione probabiliori יתיר ה, redundare ה. Masora addit hic dissentire R. Nachmanem, qui legit ut scriptum est צַיִדָה Estque unum, inquit Masora ex 21. vocibus, quæ in fine scribuntur cum ה, at leguntur sine ה.

21. וְאֶמְשָׁךְ *ut palpem te*, Futurum 2. Kal, pro שְׁ cum Dages, ut suprà ℣. 12. th. est מָשַׁשׁ, sine Affixo אְמוּשׁ pro אֶמּוּשׁ, 1. 25. 9.

26. וְיִשָּׂקֵהוּ *& osculare*, Futurum 1. Kal, à נָשַׁק cum ה parag. & שְׁ pro שׁ, ut à נָשַׁק fit נְשָׁקֵהוּ.

29. וְיִשְׁתַּחֲוּ, legitur חָוָה Fut. 2. hithphael, 1. 36. 5. Ergo duplex lectio.

34. אֲנִי pro לִי *mihi*, sic etiam ℣. 38.

41. אַהַרְגָה, 1. 10. 18.

45. קְצָתִי Masora, קוֹף זעיר, *Koph parvum*, & sic scribitur in accuratis codicibus, ad indicandum, fore, ut vita sua diminuatur si Jacob ad exemplum fratris Esau connubium ineat cum filiabus Heth. Ita Ebræi.

CAPUT

CAPUT XXVIII.

Vers. 2. בִּיתָה, 2. 8. 6.

10. שָׁבַע pro שָׁבָע ex שִׁבַּע

11. מְרַאֲשׁוֹתָיו cervicalia sua, thema est רֹאשׁ. *Caput*, caret singulari.

CAPUT XXIX.

Vers. 9. רָעָה, Masora notat esse in triplici significatione, hic enim significat *pascentem fœminam*, een herderse, Gall. *bergere*. Partic. præs. fœm. Kal, à רָעָה, 2. confringere, Jes. 29. 19. Infin. Kal, cum ר parag. à רָעַע, 3. malum, vitiatum, Prov. 29. 19. à רוּעַ.

10. וַיִּגֶל à גָּלַל, Fut. 2. hiphil, ut יָסֵב & cum ו, וַיָּסֵב Masora notat bis occurrere, sed בִּתְרֵי לִשְׁנַיָּא *in duabus significationibus*. Locus alter est Ps. 16. 9. ubi significat, *exultabit* à גול.

20. בְּאַהֲבָתוֹ, nomen est ab אַהֲבָה *amor*. Referri autem debet locutio ad 2. 1. 31.

21. הָבֵרָה 1. 10. 14. observat Masora in hac significatione non amplius scribi cum accentu in ultimâ.

CAPUT XXX.

Vers. 6. דָּנַנִי *judicavit me*, pro דָּנָנִי, Th. דון. יסף. 11.

11. בָּגַד *venit turma.* Massora, unum ex 15. vocibus, quæ scribuntur ut una, & leguntur ut duæ. Legitur ergo ac si esset בָּא גָּד.

14. חִטִּים Sing. חִטָּה, Vulgò ducunt à חָנַט nullâ necessitate, nos à חָטַט ducamus, ut sit cæteris analogum.

18. יְשַׁשכָר hîc semper redundat ש.

28. נְקֻבָה, *nokba*, 1. 10. 8.

37. מַקֵּל ex Absol. inusitato מָקֵל.

38. שִׁקְּתוֹת pro שִׁקְתוֹת in Regim. ex absoluto שִׁקָּתוֹת, 1. 7. 18.

Ibid. וַיֶּחֱמְנָה pro וַתֵּחַמְנָה 1. 10. 20. Fut. 2. Kal, à יָחַם 1. 10. 22.

39. וַיֶּחֱמוּ, Fut. 2. Kal, pro וַיָּחֻמּוּ ut יָשְׁבוּ ab eodem th.

41. לְיַחְמְנָה, Infin. Phiël יָחַם cum affixo fœmin. sing. *ad incalescendum eam*, id est, cum unaquæque earum incalesceret. Alii putant esse affixum plural. num. pro לְיַחְמָן cum ה parag. & Dages Euphonico.

42. בְּהַעֲטִיף, Mass. *Phe magnum.* Buxtorf. ad notandam magnam astutiam Jacobi, & ad indicandum, finem operæ amplè testaturum de principio. Item פ notat פְּרָעָנָה vindictam, illud nempe opus fore vindictam ingratitudinis Labanis.

CAPUT

CAPUT XXXI.

Vers.7. הַתָּל 1.14.3. & ת pro ה 2.11.8.

27. וַתִּגְנֹב אוֹתִי *& furtim surripuisti te à me.* Nota אוֹתִי esse positum pro מֵאִתִּי ut & infra 34. 2. vide notas Junij ad hunc versum 27. & 20.

Ibid. וְאֶשְׁלְחֵךְ vide supra ad 26. 29.

32. הַבְּתֵם 2. 4. 13. Male scribitur cum ם in Interlin. tunc enim accentus esset in ultimâ.

36. מַרְתָּ Mass. Duo sunt cum phathach ante ת, locus alter est Job. 21. 21.

39. אֲחַטְּנָהּ Futurum secundum Phiel cum aff. pro אֲחַטֶּאנָּהּ à חָטָא, confusis ordinibus.

Ibid. גְּנֻבְתִי part. præt. Kal. cum Jod paragog. & in Regimine. Est & (ִ) pro (ְ) 1. 10. 29. & בִּ pro בְּ.

CAPUT XXXII.

Vers. 4. וְאֶתֵּר Futurum secundum Kal. 1. 10. 21.

7. וַיֵּצֶר Futurum secundum Kal à יָצַר 1. 10. 22. Confer. 2. 9. 12.

19. בְּמוֹצְאֲכֶם *in inveniendo vos,* Inf. Kal cum aff. pro בְּמָצְאֲכֶם.

26. וְאֶשְׁלָחֵךְ pro ל.

14. Duo versus notati sunt in Lege, quorum voces singulę desinunt in ם / hic & Num. 29. 33.

CAPUT XXXIII.

Vers. 1. נִיחֹץ / 1. 32. 12.

4. וַיִּשָּׁקֵהוּ / Vox extra ordinem punctata. Varias ejus rei reddunt causas. Qui probabilius loquuntur, ajunt eo ipso notari animi Esavici conversionem, ut qui animo hostili egressus erat in occursum fratris, potius לִנְשָׁכוֹ / *ad mordendum eum*, nunc osculatus sit eum ex toto corde, Deo fraternæ charitatis affectum in ipso commovente.

11. הֻבְאָה *adducta est*, pro הוּבְאָה præt. hophal à בוא /

CAPUT XXXIV.

Vers. 2. אֹתָהּ pro אֶתְהּ cum câ.

3. הַנַּעֲרָה / vide supra 24. 14.

15. נָאוֹת & עש. 23. נָאוֹתָהּ cum ה parag. & עש. 22. יֵאוֹתוּ *consentient*, Fut. secundum Kal compositum ex duobus ordinibus יָאַת & אוֹת / planè ut יָבוֹשׁ 1. 20. 10.

22. נִמֹּלִים / part. præs. Niphal à נָמַל / Est autem holem pro Kamets, quasi ex ordine Monosyllaborum simplicium.

Vers. 31.

31. הַכְּזֹנָה *an tanquam [cum] scorto?* In Ebreis codicibus est magnum ו quod Masora etiam notavit in margine ו׳ רבתי / D. Buxt. non meminit in suo catalogo: fortè adhibitus hic character ad notandam magnam insolentiam, quæ in his verbis Filiorum eluceſcit.

CAPUT XXXV.

Verſ. 22. Circulus o denotat Pauſam. Maſora, *25. verſus ſunt, in quorum medio eſt ſpacium vacuum.* Putant id relictum eſſe, ad excitandam in animo lectoris conſiderationem, quam grave fuerit Jacobo, hoc filii & quidem primogeniti facinus intelligere.

CAPUT XXXVII.

Verſ. 12. אֶת־צֹאן / VOX ETH extra ordinem punctata eſt, ad indicandum, inquit R. Sal. quod iverint magis ad paſcendum ſemetipſos, quàm gregem.

CAPUT XXXVIII.

Verſ. 14. וְתֵּשֶׁב Fut. ſecundum hiphil, penacutum, 2. 9. 13. Dico eſſe penacutum, nam Teliça minor eſt ex accentibus poſtpoſitivis, 2. 11. 11.

24. הָרָת *gravida*, subintelligitur, est. Nomen Toar, ne putes esse verbum. Tunc enim fuisset הָרַתְתְּ/

CAPUT XXXIX.

Vers. 16. וַתַּנַּח & deposuit, Futurum secundum hiphil pro וַתַּנִּיחַ/ 1. 12. 6.

20. אָסוּרִי/ Legitur tamen אֲסִירֵי/

CAPUT XL.

Vers. 16. חוֹרֵי *foraminum*, pro חֹרִים/ 1. 6. 14. Thema est חור/

20. הַלֶּדֶת pro הַיּוֹלֶדֶת compositum est ex Infinito Kal לָדֶת & Hophal הוּלַד/

CAPUT XLI.

Vers. 1. שְׁנָתַיִם יָמִים *biennij dierum*, id est integri, ut Gen. 29. 14. *mensis dierum*, hypallage, pro, *dies mensis*, id est, tot dies quot constituunt mensem. Est & hic Enallage status absoluti pro contracto, 2. 1. 41.

21. קִרְבָּנָה *ventrem earum*, est pro קִרְבָּן & ה est parag.

33. יִרְאֵ֫ * cum gemino tzeri & accentu in ult. utrumque præter morem. Et sic non occurrit amplius, inquit Massora. Alias scribitur יִרְאֶ/ 1. 32. 12. ut יִגְלֶ֫ pro יִגְלֶה/

* Ita habent codices Veneti & Biblia magna Buxt. At Interlin. & Steph. יִרְאֵ֫ acutum quidem, at cum segol in fine.

Vers. 43.

43. אַבְרֵךְ pro הַבְרֵךְ / 1. 12. 16.

51. נַשַּׁנִי Præt. Phiël pro נְשָׁנִי à נָשָׁה /

CAPUT XLII.

Vers. 4. יִקְרָנִי *eveniat ei*, pro יִקְרֵנִי. Futurum secundum Kal à קָרָה / sed confunduntur ordines, 1. 36. 8. & seq.

38. וְקָרָאָהוּ *& obvenerit ei*, pro וְקָרָהוּ / ut vers. 4.

CAPUT XLIII.

Vers. 29. יְחָנֵךְ *misereatur tui*, pro יְחָנֵךְ. Futurum secundum Kal ut *jasob*, à חָנַן / 2. 4. 35.

CAPUT XLIV.

Vers. 16. נִצְטַדָּק / Vide 1. 16. 2. Futurum secundum hithphaël.

CAPUT XLVI.

Vers. 4. מֵרְדָה *à descensu*, nomen verbale ex Kal à th. יָרַד /

CAPUT XLVII.

Vers. 13. וַתֵּלַהּ / 1. 32. 12. à th. לָהָה /

15. וַיְחִיֵּם / 1. 25. 15.

16. הָבוּ *date*, semper cum Kamets, pro הָבוּ / Futurum 1. Kal à יָהַב / 1. 10. 14.

19. תֵּשֵׁם / Kamets pro phathach propter accentum, Quidam volunt esse Futurum secundum Kal pro תֹּאשַׁם ab אָשַׁם / vide 1.10.21. in fine. Alii volunt esse Futurum 2. Niphal pro תִּשָּׁם à שָׁמַם / 1.25,14.

Caput XLVIII.

Vers. 9. וְאֹרְכֵם Masora ל / id est, *non occurrit amplius cum segol.* Debuisset esse כֶם / In voce antecedente קָחֵם alia ratio, Ibi enim Maccaph mutat (-) in (ֵ) ex regula.

Caput XLIX.

Vers. 1. יִקָּרֵא *eveniet* pro יִקְרֶה / 1.36.11.

6. תֵּחַד Fut. 2. Kal pro תֹּאחַד / 1.10.21. in fine.

10. שִׁילֹה *tranquillator, Salvator,* à themate שָׁלַה / unde שַׁלְוָה *tranquillitas,* unde Lat. Salvere, salvus, salvare, &c. 1.33. form. 5.

Ibid. יִקְהַת / Dages Euphonicum.

11. עִירֹה & in fine versus סוּחֹה / ה pro ו / 2.2.7. Illud verò est à עִיר pro עִירִי / 2.2.16. Sunt insuper in eodem versu duæ voces cum Jod parag.

12. לִבֵּן *albus,* pro לְבֵן / In statu regiminis, ex absoluto לְבֵנָה /

Vers. 17.

17. עִקְּבִי / Dages Euphon. ex abſoluto עֲקֹב.

22. פּוֹרָת pro פֹּרָה Part. præſ. Kal fœm. gen. ut *golah*, 1. 32. 18.

23. וְרָבּוּ / 1. 25. 5.

CAPUT L.

Verſ. 23. שְׁלִשִׁים pro ל Excipitur à regula, 1. 6. 2. In codicibus Ebræis eſt magnum ם finale. Cauſam nullibi invenio, nec Buxtorfius hujus loci meminit in Comm. Maſſoret. cap. 14.

26. וַיִּישָׂם Maſ. *non extat amplius, & ſic ſcribitur & ſic legitur*, q. d. ita conſtanter invenimus ſcriptum in omnibus codicibus. Erit Futurum 2. Kal à יָשַׂם *repoſitus eſt*, ut וַיִּקַּח / 1. 10. 22. Phathach autem in (ו) ut Gen. 2. 7. & 9. 24. vide illic. Porro in codicibus Ebræis hæc ſequuntur ſine punctis, *Numerus verſuum libri Breſith, id eſt Geneſeos, 1534. quorum memoriale eſt* אֵךְ לֵהּ (א enim ante alios numeros valet 1000, ך 500, &c.) *Et* * *medium libri illic eſt*, Et ſuper gladio tuo vives (27. 40.) *Sectiones ejus ſunt 12. quorum memoriale eſt* אַחְאָב *Achab*, *Capita ejus ſunt* 43. (Nota, Maſoritas aliter diſtribuere capita quam nos, vide ſingulorum librorum

* Id eſt medius verſus.

capita Masoretica in principio * magnorum Bibl. Venet.) *quorum memoriale est,* יְרִידָה׃ *Et literæ libri sunt* 4395.

* Ibi tamen tantum numerantur 42.

EXODVS.

CAPUT I.

VErs. 1. תְּקָרֶאנָה׃ pro בָּ׳ 1.36.8. Thema est קָרֵה׃

16. וְחַיְתֶּה׃ pro וְחַיֹּתֶה׃ Præt. Kal, penacutum est ad differentiam Masculini.

CAPUT II.

2. יְרָחִים׃ plur. à sing. יָרֵחַ׃

3. וַתַּחְמְרֶה׃ *& oblivit illam*, pro וַתַּחְמְרֶנָּה׃ Masora non extat amplius & non est Mappicatum.

4. וַתִּתְיַצַּב pro וַתִּתְצַב׃ Futurum secundum hithphaël.

Ibid. לְדַעַת׃ ad sciendum, nomen pro Gerundio לָדַעַת à יָדַע׃

9. וַתַּנִּיקֵהוּ Futurum secundum hiphil à themate יָנַק quod significat idem quod יָנַק׃ Extra affixum esset וַתֵּנִיקֵהוּ׃

13. נִצִּים׃ *rixantes*, Part. Niphal. à th. נָצָה׃

20. קְרָאתֶן׃ *vocate*, pro קְרָאתֶנָּה׃ 1. 28. 11.

CAP.

CAPUT III.

Vers. 2. בְּלַהֲבַת pro בְּלַהֶבֶת vel בְּלַהֲבַת in flammâ.

CAPUT IV.

Vers. 2. מְנֻרַת Masora, Legitur מְהֻנַּרַת ut supra Gen. 30. 11.

29. יַאַסְפוּ / 1. 10. 17.

31. יִקְדוּ / Futurum secundum Kal à קָדַר / 1. 25. 9.

CAPUT V.

Vers. 3. נִקְרָא pro נִקְרַד /

7. תֹּאסִיפוּן / Futurum secundum hiphil à יָסַף pro תוֹ / א pro Jod, 1. 1. 18.

14. חֻקָּם pro חֻקָּם vel חֻקָּם / 1. 2. 32.

16. וְחַטָּאת *& peccat*, cum peccet, Præt. Kal. tertiæ personæ fœm. gen. pro וְחַטָּאָה / 1. 28. 9. non potest esse nomen.

CAPUT IX.

Vers. 18. הַמְסֻרַת pro דַּד Infin. Niphal à יָסַר cum affixo. Mas. *non extat amplius sine Mapphik.*

23. תַּהֲלֹךְ / Fut. secundum Kal pro תַּהֵר /

CAPUT X.

Vers. 1. שִׂיתִי ponere me, Infin. hiphil, cum affixo & aphæresi literæ ה 1.22.11.

3. לַעֲנוֹת / 2.7.10. Infin. Niphal cum ל Gerundiali.

CAPUT XIV.

Vers. 11. לְהוֹצִיאֵנוּ pro אֹ /

CAPUT XV.

Vers. 2. זְמֻרֹת / 2.1.41. in fine.

5. יְכַסּוּ *operient*, id est, operuerunt, *eos*. Futurum 2. Phiel יְכַסּוּ, ut *jegallu*, à כָּסָה cum Affixo poëtico & (ו) pro א.

6. נְאַדָּרִי *glorioſus*, pro נֶאְדָּר / Part. præt. Niph. cum Jod parag. Est autem נְ pro נֶ / 1.10.31.

16. אֵימָתָה formido magna, 1.7.7. in fine.

Ibid. יִדְמּוּ pro וְדָמּוּ Futurum ſecundum Niphal à דָּמַם / 1.25.16.

17. סְקֹרְשׁ / Dages Euphon. 1.2.31.

CAPUT XVI.

Vers. 2. נִילִינוּ / in Margine legitur, לִינוּ / Est ergo duplex lectio, Si ſcribatur cum Jod in medio, ut in contextu, erit futurum ſecundum hiphil, & punctandum eſſet

esset sic, לִינוּ pro לִינוּ/ 1. 20. 2. Si cum vau, ut in margine, erit Niphal, ut supra quoque 15. 24. Thema est לן/ Jam verò hanc lectionem magis probam rati, ejus vocales consonantibus alterius lectionis adjecêre.

Contra ψ. 7. תְּלוֹנוּ scribitur ejusmodi consonis, quæ sint Futuri secundi Niphal, תְּלוֹנוּ/ At legitur in margine תְּלִינוּ Fut. secundum hiphil pro תְּלִינוּ/ 1. 20. 2. cujus vocales consonis alterius lectionis adduntur.

9. תְּלוֹנוֹתֵיכֶם *murmurationes vestras*, pro תְּלוּנוֹתֵיכֶם/ A th. eodem. Ibid. מְלִינִים Part. præs. hiphil pro מַלִּינִים/

20. וַיִּרֶם/ ita legunt duæ Editiones priores Venetæ, Interlin. & Steph. At posterior Veneta & Basil. D. Buxtorfii וַיָּרֶם/ Illud erit Futurum secundum Kal, hoc Hiphil à רָמַם, ultima vocalis utrobiq; mutatur ob vau conversivum, 2. 9. 12.

23. אַפּוּ *coquite*, Futurum secundum Kal pro אֲפוּ aut אֹ ab אָפָה/ 1. 32. 8.

CAPUT XVII.

Vers. 1. וַיִּסְעוּ *& profecti sunt*, à נָסַע/ Dages excidit ex ס/ ut & in voce לְמַסְעֵיהֶם pro סָ/ hoc eodem versu.

Vers. 16.

16. כֵּן solium, per apocopen pro מְכוֹן/

CAPUT XVIII.

Vers. 7. הָאֹהֱלָה/ 2. 8. 6.

9. וַיֹּאמֶר & lætatus est, 1. 32. 13.

21. עֲשָׂרוֹת hîc decurias significat. Pugnaret aliàs cum regula 1. 7. 12.

26. יִשְׁפּוֹטוּ Futurum 2. Kal pro יָדִין/

CAPUT XX.

phanai. Vers. 3. פָּנָי Nota magnam anomaliam esse in Decalogo quoad concursum duorum accentuum. Unde in hac voce ratione accentus magni est Kamets sub Nun; at cum altero accentu Phathach.

5. תָּעֳבְדֵם Futurum secundum Kal, pro תַּעֲבוֹד à תַּעֲבֹדֵם/

Ibid. שִׁלֵּשִׁים/ vide supra Gen. 50. 23. Eadem est ratio רִבֵּעִים/

10. וַיִּבַּח Fut. secundum Kal. 2. 9. 13.

12. תִּרְצָחַ/ Multi putârunt esse phathach furtivum, contra regulam, 1. 2. 23. Sed optimè observatum est à D. Schindlero, eandem esse hic rationem, quæ in præcepto primo in voce פָּנָי ob duplicem accentum, ut Kamets sit sub ר ob accentum magnum, phathach verò cum accentu altero.

CAPUT

CAPUT XXI.

Vers. 8. לא / *non*, legitur לו ei. De his infra seorsim.

CAPUT XXIII.

Vers. 21. תַּמֵּר Fut. secundum hiphil pro יְתַמֵּר ut *jaseh*, à מָרַר / 1. 20. 2.

24. תְּעַבְּדֵם ut supra 20. 5.

CAPUT XXV.

Vers. 29. יִמָּךְ Fut. secundum hophal pro יִמָּכֵר / 1. 27. 10.

31. תֵּיעָשֶׂה Futurum secundum Niphal cum Jod quiescente præter consuetudinem, 1. 32. 27. Quomodo autem hîc nugentur Rabbini, vide in Gramm. Buxtorf. lib. 1. cap. 34.

CAPUT XXVII.

Vers. 19. יְתֵדֹתָיו paxilli ejus. Singul. est יָתֵד plur. יְתֵדוֹת / 1. 7. 18. Constr. יִתְדוֹת hoc eodem versu, 1. 7. 10. Dicendum ergo erat יְתִדֹתָיו ex regulâ, 2. 2. 34.

CAPUT XXVIII.

Vers. 29. הָאוּרִים Est à themate אור *luxit*, non à יָרָה *docuit*, ut * Bellarm. contra suam

*De Pontif. Rom. 4. 3.

16. כֵּס solium, per apocopen pro כִּסֵּא

CAPUT XVIII.

Vers. 7. הָאֹהֱלָה / 2. 8. 6.

9. וַיֹּאמֶר & lætatus est, 1. 32. 13.

21. עֲשָׂרֹת hîc decurias significat. Pugnaret aliàs cum regula 1. 7. 12.

26. יִשְׁפּוֹטוּ Futurum 2. Kal pro יָדִין /

CAPUT XX.

*phanai. Vers. 3. פָּנָי * Nota magnam anomaliam esse in Decalogo quoad concursum duorum accentuum. Unde in hac voce, ratione accentus magni est Kamets sub Nun; at cum altero accentu Phathach.

5. תַּעַבְדֵם Futurum secundum Kal, pro תַּעֲבֹד אֹתָם / תַּעַבְדֵם

Ibid. שִׁלֹּשִׁים / vide supra Gen. 50. 23. Eadem est ratio רִבֵּעִים /

10. וַיִּנַּח Fut. secundum Kal. 2. 9. 13.

12. תִּרְצַח / Multi putârunt esse phathach furtivum, contra regulam, 1. 2. 23. Sed optimè observatum est à D. Schindlero, eandem esse hic rationem, quæ in præcepto primo in voce פָּנָי ob duplicem accentum, ut Kamets sit sub נ ob accentum magnum, phathach verò cum accentu altero.

CAPUT

CAPUT XXI.

Vers. 8. לֹא / *non*, legitur לוֹ ei. De his infra seorsim.

CAPUT XXIII.

Vers. 21. תְּמַר Fut. secundum hiphil pro תְּמַר ut *jaseb*, à מָרַר / 1. 20. 2.

24. תְּעַבְּדֵם ut supra 20. 5.

CAPUT XXV.

Vers. 29. יְסַף Fut. secundum hophal pro יִסַּף / 1. 27. 10.

31. תֵּיעָשֶׂר Futurum secundum Niphal cum Jod quiescente præter consuetudinem, 1. 32. 27. Quomodo autem hîc nugentur Rabbini, vide in Gramm. Buxtorf. lib. 1. cap. 34.

CAPUT XXVII.

Vers. 19. יְתַדְתָיו paxilli ejus. Singul. est יָתֵד plur. יְתֵדוֹת / 1. 7. 18. Constr. יִתְדוֹת hoc eodem versu, 1. 7. 10. Dicendum ergo erat יְתַדְתָיו ex regulâ, 2. 2. 34.

CAPUT XXVIII.

Vers. 29. הָאוֹרִים Est à themate אור *luxit*, non à יָרָה *docuit*, ut * Bellarm. contra suam

*De Pontif. Rom. 4. 3.

ſuam ipſius conſcientiam & omnium etiam Pontificiorum communem ſententiam contendit. Sic & תְּמִימִם plur. à תֹּם *integritas*, non ab אָמַן *verax fuit*, ut idem vult, ſed à תָּמַם/ Vide hac de re prolixè cenſuram noſtram ad vulgatam verſionem quinque librorum Moſis, & quidem ad hoc ipſum caput. Et Rainoldi cenſuram in libros Apocryphos tom. 2. p. 1376. lect. 226.

CAPUT XXIX.

Verſ. 35. אוֹתָכְרָה cum ה parag. pro אוֹתָךְ 2. 10. 7. in fine.

CAPUT XXX.

Verſ. 31. יָסֵךְ. Futurum ſecundum Kal à יָסַךְ/ 1. 10. 22.

CAPUT XXXI.

Verſ. 13. וּמְחַלְלֶיהָ & polluentes illud, id eſt, quiſque polluentium, violantium, &c. Part. præſ. phiel cum affixo, pro מְחַלְלֶיהָ/

CAPUT XXXII.

Verſ. 1. מֵרֵי Maſ. *Viginti quatuor locis legitur, & ſic ſemper ante voces à ח & ע incipientes: exceptis ſeptem, quorum quinque ſunt*

sunt cum (ר) *& duo cum phathach.*

4. וַיִּצֶר *& formavit*, Fut. secundum Kal pro יָצַר ut *jabun* à th. צור/ At propter Vau conversivum & ultimam Resch est Phathach, 2. 9. 13. in fine.

6. לְצַחֵק ad ludendum, pro ח/ Infin. Phiël.

CAPUT XXXIII.

Vers. 3. אֲכַלֶּךָּ consumam te, Futurum secundum phiel pro אֲכַלֶּךָּ à כָּלָה/

8. הָאֹהָלָה Vide Gen. 19. 23.

14. יִלְכּוּ pro ?/ 2. 11. 2.

CAPUT XXXIV.

Vers. 7. נוֹצֵר Mas. וְרַבְּתִי/ Nun magnum, *ad considerandam magnitudinem gratiæ Dei, quæ se in millena millia, id est, in infinitum extendit erga eos qui fœdus ejus observant, juxta illud*, Ps. 25. 10. &c. Buxtorf.

Ibid. שִׁלֵּשִׁים &c. Vide ad Exod. 20. 5. & Gen. 50. 23.

14. אַחֵר Magnum Reç, *ad indicandam magnitudinem peccati, Deo alieno servire, & considerandam differentiam inter* אַחֵר *alienus*, & אֶחָד *unus, ut in illo*, Audi Israel, Dominus Deus noster, Dominus אֶחָד unus est, *unde studiosissimè cavendum ne serviamus Deo* אַחֵר *alieno & ficto*. Buxtorf.

CAPUT.

CAPUT XXXIX.

Vers. 27. בְּתָנוֹת Vide ad Gen. 3. 21.

28. פְּאֵרֵי pro פְּאֵרֵי ex singul. פְּאֵר/ Ita vulgò. At quid si à פְּאֵר deducamus, formæ בְּתָב/ 1. 11. 2.

CAPUT XL.

Vers. 31. בְּקָרְבָּתָם *dum accedunt illi*, Infinitum καl cum ת paragog. & affixo. ם verò paragogicum in ת vertitur, 2. 4. 47.

In Ebræis Bibliis hæc adjiciuntur, *numerus versuum hujus libri Veëlle shemoth sunt* 1209. *& memorialę istius numeri est* ארט / *Sectiones ejus sunt* XI. *& capita* 29. (vide ad Genesin) *& medius versus est*, *ne maledicito Diis*, 22. 28.

LEVITICVS.

CAPUT I.

VErs. 1. וַיִּקְרָא Masora, *parvum* א / causa quam adferunt Ebræi non est digna ut hîc ascribatur.

CAPUT

CAPUT VI.

Vers. 2. aliàs V. 19. בִּתְשׁוּמֶת *in depositione*, pro מֶרֶת /

3. al. 10. מְדִין *vestem*, cum ו parag. pro מֵר /

13. al. 20. קָרְבָּן in optimis codicibus non scribitur cum (ר) sed phathach, ac proinde non est anomalum.

14. al. 21. חֲפִינֵי *coctiones*, ab אֲפֶרֶת /

CAPUT VIII.

Vers. 16. חֶלְבָּתָן pro חֶלְבָּן / sic & עָלְ. 25.

CAPUT X.

Vers. 6. תִּפְרָעוּ pro ר / 2. 11. 6.

13. חֻקָּה pro חֻקָּה vel חֻקָּה / 1. 2. 31. Nomen חֻקָּה à חֻקָּה /

19. הַיִּיטַב *an bonum esset*, pro הֵיִּיטַב /

Ibidem וַיִּקְרָאנָה *& evenerunt*, pro וַיִּ קְרָאנָה / 1. 36. 9.

CAPUT XI.

Vers. 30. Vide Deut. 29. 28.

43. נָחוֹן scribitur cum majusculo Vau, ut doceatur lector hanc esse mediam literam in Lege & simul inculcetur magnitudo abominationis istorum reptilium, quæ super ventrem gradiuntur, Buxtorf.

CAPUT XIII.

Vers 33. וְהִתְגַּלַּח Masora, magnum Gimel. Volunt esse memoriale trium qui radi tenebantur, Majorennis, Levitæ & Naziræus præsentiâ cadaveris pollutus. Vide Buxtorf.

56. בַּהֶרֶת Præt. Phiel, aliis est nomen.

Ibid. הֻפְּפַס Infinitum compositum ex hophal & hithphaël, pro הִתְפַּפֵּס /

CAPUT XIV.

Vers. 42. הִקְצוֹת Inf. hiphil. pro הִקָּצוֹת ut הִגָּלוֹת /

CAPUT XVI.

Vers. 1. בְּקָרְבָתָם ut supra Exod. 40.31.

CAPUT XVIII.

Vers. 6. תִּגְלֵת cum tzeri pro segol, atq; ita sæpius hoc capite, 1.36.10.

26. הָאֵל illas, vide Gen. 19.8.

CAPUT XIX.

Vers. 20 חָפְשָׁה *libertas ejus* pro הּ/ Absol. חָפָשׁ /

CAPUT

CAPUT XXI.

Vers. 9. חָלַל Alii reddunt *inceperit*, ut sit Futurum secundum hiphil pro הֵחֵל ut חִלֵּל / Alii, *profanaverit se*, ut sit Futurum Niphal, pro תֵּחַל ut תֵּחָל / At hic tzere sub ת ob sequens ח. Thema erit חָלַל /

CAPUT XXV.

Vers. 5. עִנְּבִי *uvæ*, pro עֵנְבִי ex absoluto עֵנָב עֲנָבִים /

21. וְעָשְׂתָה *& faciet*, 1.32.6. Cæterùm quod ad vocem יוֹבֵל attinet, quæ hoc capite sæpius occurrit, ea non *arietem* significat, sed ἀναγωγὴν, *reductionem*, יוֹבֵל שְׁנַת ἔτος τῆς ἀναγωγῆς, LXX. ἔτος ἀφέσεως, *annus remissionis*, Philo, ἀποκαταστάσεως, *restitutionis*, Lex. vetus, —*emancipationis*, Josephus, τῆς ἐλευθερίας, *libertatis*. Thema יָבַל *adduxit*, *reduxit*, &c. Reducebat enim iste annus omnes ad vetustas sedes, ad antiqua hæreditarum jura, primas vivendi conditiones, libertatem & remittebantur debita. Lev. XXVI. 15. לְהַפְרְכֶם CAPUT XXVI. *ut irritum faciatis vos*, pro לַהֲפִירְכֶם / Infinitum Hiphil הֵפֵר à פור /

16. וּמְדִיבוֹת *& dolore afficientes*, pro מְרַאֲיבוֹת / Part. hiphil à רָאַב / nisi potius

ut deducamus ab obsoleto רוּב / & tunc erit regulare, ut מְבִינוֹת /

33. אֶזְרֶה Fut. secundum Phiel pro אֲזָרֶה /

34. הָשַׁמְּרֶה *desolari ejus*, id est, desolationis ejus, quibus desolata erit, Infinitum hophal pro הוּשַׁמְּרֶה. At si legamus sine Dages in ש / posset deduci ab Infinito hiphil הָשֵׁם / Th. est שָׁמֵם. Sic & Ψſ. 35.

Ibidem הִרְצֶחֶרֶת pro הִרְצַחְתְּ / 1. 36. 3.

43. בְּהִשַּׁמְּרֶה *in desolari eam*, Infinitum hophal, transpositis literis & excidente rursus Mapphik, pro בְּהִשַּׁמְּרֶה /

CAPUT XXVII.

Vers. 23. הָעֶרְכָּה bis, planè anomalum est & contrarium regulæ, 2. 3. 39. Dum enim dicitur, quod articulus ה præfigatur nomini integro, excluduntur contracta, id est, ea quæ sive ob regimen sive ob affixa contrahuntur. Quin &, etiamsi nulla fiat contractio, articulus non nisi valde irregulariter præponitur vocibus, sive aliud nomen, sive affixum loco nominis regentibus.

In Ebræis Bibliis hæc à Masoritis adjecta sunt. *Numerus versuum hujus libri est* 859. *memoriale ejus est* נטף / *versusque medius est*, qui tetigerit carnem fluidi, 15. 7.

NUME-

NVMERI.

CAPUT I.

VErſ. 2. לְגֻלְגְּלֹתָם per cranja, id eſt, capita ſua. Si eſſet à גֻּלְגֹּלֶת eſſet irregulare. Si verò à גֻּלְגֶּלֶת / regulare, plur. גֻּלְגְּלוֹת / 1. 7. 14. in Regim. ה / Confer Jud. 9. 53. ubi eſt גֻּלְגַּלְתָּ /

18. קְרִיאֵי Legitur קְרוּאֵי part. præt. Kal.

18 וַיִּתְיַלְּדוּ Futurum 2. hitphael pro ל / At abſentiam Dages compenſat Metheg, ac proinde videtur ſcheva incoare novam ſyllabam, vide Addit. 3. ad cap. 3. lib. 1. pag. 223.

47. הִתְפָּקְדוּ vide in Gramm. p. 235. literâ ד / Sic & 2. 33.

CAPUT III.

Verſ. 39. וְאַהֲרֹן Maſora, x. *voces punctatæ ſunt* (extraordinariè) *in Lege*. N.B. *in lege*, nam in toto Vet. Teſt. ſunt xv. Ex illis hæc quoque vox eſt, ad indicandum, quod Aharon non fuerit ex numero vel cenſu iſto, ſcilicet Levitarum. R. Salomo.

CAPUT VII.

Multi versus sine punctis scribuntur, Repetuntur enim in oblatione cujusque diei & principis eadem, quæ versibus 13, 14. 15. 16. 17. cum punctis exhibita fuerant. Inde ergo petenda punctatio.

CAPUT VIII.

Vers. 7. הַמְטַהֲרִי / 1. 16. 5.

CAPUT IX.

Vers. 2. הַפָּסַח Mas. *non reperitur amplius cum Kamets præterquam hic* (cum Tiphcha) *& in omni Athnach & Siluk.*

10. הַתַּקְרֵי vide ad 29. 13.

CAPUT X.

Vers. antepen. בְּנָסוּעַ Nun inversum, Mas. IX. versus sunt in quibus est hujusmodi signum inversi nun. hic verò putatur nun inversum ad innuendum, ut sic retrorsum agantur omnes hostes Israëlitarum.

Vers. ult. הַבְּכוֹרֹת Gramm. p. 237.

CAPUT XI.

Vers. 1. בְּמִתְאוֹנְנִים Et hic prius Nun inversum,

versum, ut esset symbolum perpetuum perversitatis populi, inter tot illustria signa liberationis & maximorum beneficiorum Dei acerbè quiritantium & se ab eo avertentium.

4. וְהָאסַפְסֻף *& colluvies*, ab אָסַף pro יָסַף /

11. הַרְעוֹתָ pro הֵרַעְתָּ ut *habinótha*, 1. 22. 4. Ibidem מָצָתִי / 1. 28. 4.

12. יְלַדְתִּיהוּ pro יְלַדְתִּי / Præt. Kal cum affixo, 1. 10. 4.

15 אֹתִי pro אֹתָהּ ex magnâ perturbatione, 2. 3. 14. Hinc uni, *Moses totus positus erat in irâ, & non poterat complere vocem, ut diceret* אֹתָהּ / *sicut homo, qui suspirat in principio sermonis sui, non potest complere halitum suum.*

16. אֱסֹף *congrega*, Fut. 1. Kal אָסַף cum ה paragog.

20 לְזֹהַר *in nauseam*, א pro ה / ex chaldaïsmo.

25. וַיֶּאֱצֶל *& separavit*, pro וַיֶּאְצַל Fut. 2. hiphil, 1. 12. 14.

26. הָאֲהֻלָה ut Gen. 19. 23.

31. שְׂלָיִם *coturnices*, planè anomalus flectitur à singulari שְׂלָו vers. 32. Quid si ab obsoleto שְׂלָוָה ?

CAPUT VII.

Multi versus sine punctis scribuntur. Repetuntur enim in oblatione cujusque diei & principis eadem, quæ versibus 13. 14. 15. 16. 17. cum punctis exhibita fuerant. Inde ergo petenda punctatio.

CAPUT VIII.

Vers. 7. הַטְּהֹרִי / 1. 16. 5.

CAPUT IX.

Vers. 2. הַפָּסַח Mas. *non reperitur amplius cum Kamets præterquam hic* (cum Tiphcha) *& in omni Athnach & Siluk.*

10. הַחֻקָּה vide ad 29. 13.

CAPUT X.

Vers. antepen. בִּנְסֹעַ Nun inversum. Mas. IX. versus sunt in quibus est hujusmodi signum inversi nun. hic verò putatur nun inversum ad innuendum, ut sic retrorsum agantur omnes hostes Israelitarum.

Vers. ult. הַבְּכוֹת Gramm. p. 237.

CAPUT XI.

Vers. 1. בְּמִתְאוֹנְנִים Et hic prius Nun inversum,

versum, ut esset symbolum perpetuum perversitatis populi, inter tot illustria signa liberationis & maximorum beneficiorum Dei acerbè quiritantium & se ab eo avertentium.

4. וְהַאסַפְסֻף *& colluvies*, ab אסף pro הוא /

11. הַרְעוֹתָ pro הֲרֵעוֹתָ ut *habinótha*, 1. 22. 4. Ibidem מְצָתִי / 1. 28. 4.

12. יְלִדְתִּיהוּ pro ילדתיו / Præt. Kal cum affixo, 1. 10. 4.

15 אֹתִי pro אֵתִי ex magnâ perturbatione, 2. 3. 14. Hiscuni, *Moses totus positus erat in irâ, & non poterat complere vocem, ut diceret* אֵתִי / *sicut homo, qui suspirat in principio sermonis sui, non potest complere halitum suum.*

16. אֶסְפָה *congrega*, Fut. 1. Kal אסף cum ה paragog.

20 זֹרָא *in nauseam*, א pro ה / ex chaldaïsmo.

25. וַיֶּאצֶל *& separavit*, pro וַיַּאצֵל Fut. 2. hiphil, 1. 12. 14.

26. הָאֲהֳלָה ut Gen. 19. 23.

31. שְׂלָוִים *coturnices*, planè anomalus flectitur à singulari שְׂלָו, vers. 32. Quid si ab obsoleto שְׂלָוָה ?

CAPUT XIII.

Vers. 20. הַבַּמַּחֲנִים / 2. 5. 2.

31. וַיִּתַּס & silere fecit, compescuit, Futurum 2. hiphil pro יְהַסֵּר / 1. 34. 8. Est autem hic majusculum Samech, *ad indicandam difficultatem compescendi populum à clamore & contradictione post famam malam ab exploratoribus disseminatam. Masora hoc* ס *in catalogo non numeravit.* Buxt.

CAPUT XIV.

Vers. 16. יִכְלֶת ut יִבְשֶׁת Gen. 8. 7.

17. יִגְדַּל magnum Jod, ad indicandum, quod si vel decem tentationibus populus Deum tentaret, vel decuplo plus, (*Iod* enim valet decem) adversus eum murmuraret, tamen Dei clementiam vel decies debere superare populi ingratitudinem, ne eum in deserto occidat, habeantque Ægyptii occasionem calumniandi, quasi Deus non potuerit populum tam numerosum in terram Canaan introducere, &c. Buxt.

18. שְׁלֵשִׁים ut Gen. 50. & Ex. 20.

27. תְּלֻנִּים / vide Exod. 15. 35.

תְּלֻנּוֹת vide ibidem ℣. 34.

36. בְּלוֹנֵג vide Exod. 15. 34.

Vers. ult.

Vers. ult. וַיִּכְתּוּם *& contuderunt eos*, Fut. hiphil, pro וַיִּכְיתוּ à נכת / 1. 12. 13. ם est affixum. Vulgò à כתת deducunt, nullâ necessitate.

CAPUT XVI.

Vers. 11. תַּלּוּנּוּ / vide Exod. 15. 34.

41. הַמְּתֶם / 1. 22. 2. 45. הֵרֹמּוּ / 1. 25. 13.

CAPUT XVII.

Vers. 5. מַלְּיִם vide Exod. 15. 35.

Vers. ult. תַּמְנוּ *conficimur*, præt. Kal. pro תַּמָּנוּ * quasi esset à תום / cum usitatum thema sit תָּמַם / * Vt sabbone.

CAPUT XVIII.

Sub finem, מְקֻדְּשׁוֹ non est à מְקֻדָּשׁ / tunc esset מְקֻדָּשׁוֹ sed à מְקֻדָּשׁ / & est regulare.

CAPUT XX.

Vers. 15. וַיָּרֵעוּ Fut. 2. hiphil, 1. 22. 9. à רוע /

CAPUT XXI.

Vers. 5. הַקְּלוֹקֵל *vilissimus*, Est à themate קָלַל primâ & secundâ thematis geminatâ. Et observa hic regulam Aben Ezræ, quam habet ad Ps. 45. *Quando prima & secunda thematis geminantur, hoc fit*

ליתרון הלשון / id est, *ad auxesin significationis: Cum verò secunda & tertia, hoc fit* לחסרון לשון / id est, *ad diminutionem significationis.* Exempla, יִרְקְרַק *subviridis* à ירק / אַדַמְדָּם *subrubidus ab* אדם / עֲיֻפְיָפָה *admodum pulcer fuisti* à יפה / &c. hanc regulam posses inferere Grammaticæ lib. 1. cap. 4. aut cap. 3. ad § 16.

Caput XXI.

Vers. 27. תְּכוֹנֵן Fut. 2. hith-phoël, per Syncopen pro תִּתְכּוֹנֵן /

30. וְנִיֵּרֵם *&, vel, postquam jaculis confecissemus eos*, pro יָרָם Fut. 2. Kal cum Aff. à th. יָרָה / Fut. 2. וַיָּרֶם נִיֵּרֵם / 1. 32. 15.

Ibidem וְנַשֵּׁם *& devastavimus*, Fut. 1. hiphil pro וַנַּאֲשִׁים ab אשם / aut est pro וַנָּשֵׁם / ut וַנָּשֵׁם à נָשַׁם / 1. 20. 2. & hirik pro tzere.

Ibidem, אֲשֶׁר vide infra, 29. 13.

Caput XXII.

Vers. 6. אֲרֻרֶיהָ maledic. 1. 25. 7.

11 קֻבֶּיהָ *execrare*, pro קֻבֶּיהָ Fut. 1. Kal à קֻבַּב / cum ה parag. & sine necessitate imitatur תּוֹ אֲרֻרֶיהָ / Extra paragogen esset קֻבִּי / 1. 25. 7.

30. מֵעוֹדֵךְ *ex quo tu*, subaudi, possedisti me, vel

me, vel Dominus meus fuisti. Sic Gen. 48. 15. מֵעוֹדִי *ex quo ego*, subintelligitur fui, vixi.

31. וַיָּקׇם Fut. 2. Kal, 1. 25. 9.

CAPUT XXIII.

Vers. 4. וַיִּקָּר Fut. 2. Niphal, cum apocope ר pro ה / 1. 32. 27.

7. וְאֹמַר *detestare*, Fut. 1. Kal pro וְזַעֲמַר cum ר paragog. pro זעום /

8. אֶקֹּב Fut. 2. Kal, regulare à נָקַב quod idem est cum קָבַב / 1. 25. 9.

Ibid. קִבֹּר [*cui*] *non maledicit ei*, præt. Kal, ut סַב / cum affixo, ר pro ן / 2. 2. 7.

13. וּקְבֵנִי *maledic ei*, Fut. 1. Kal pro קְבוֹ vel קְבֵנוּ ex fine holem, 1. 25. 7.

19. וְיִתְנֶחָם / 1. 16. 8.

25. קֹב ut סַב / Infinitum Kal.

יִקְּבֵנוּ Futurum 2. Kal ex fine Phathach à נָקַב /

CAPUT XXIV.

Vers. 5. אָהָלֶיךָ Plur. regulare ab אֹהֶל formæ אוֹצָר / כּוֹכָב / &c.

6. נְטָיוּ Præt. Niphal pro נִטּוּ / 1. 32. 2. & 24. à נָטָה /

7. מֵהָלָיו è situlis ejus. Plurale vel duale cum affixo, irregulare à sing. דְּלִי / unde duale

duale דְּלָיִם / quod binis ſitulis ad hauriendam aquam vulgò utamur, cum affixis דַּלָּיו / & tranſpoſitis punctis, דַּלָּיו / Alii putant eſſe Kamets magnum pro parvo, דַּלָּיו *dol jau*, ex Abſ. דַּלִּים formæ סָתְנִים Ex ſing. דַּל. Thema eſt דָּלָה *hauſit.*

Ibidem וְתִנַּשֵּׂא Fut. 2. hithphael, pro תִּתְנַשֵּׂא / 1. 16. 1.

17. פַּאֲתֵי *angulos*, ex abſol פַּאֲתִים *anguli.*

19. יְרֵךְ pro יִרְכָה / Fut. 2. Kal. 1. 32. 11.

24. צִים *naves*, pro צִיִּים ex ſing. צִי / 1. 6. 7.

CAPUT XXV.

Verſ. 8. קִבְּתָיהּ *lupanari ejus*, pro קִבָּתָהּ *Kobbathah*, vel קֻבָּה à קָבַב Ebræi pro pudendo accipiunt.

12. שָׁלוֹם Maſ. Vau minuſculum, *ad minuendum timorem Phineaſi ob interfectum Zimri, q. d. nihil eſſe quod metuat ſibi à liberis Zimri, vel à litibus cum ipſis, cum hoc ipſo facto fœdus pacis cum Deo impetrarit, quod non tantum eſt fœdus pacis* שָׁלוֹם / *ſed etiam (literâ* ו *ex voce ſublatâ) fœdus* שָׁלֵם *integrum & perfectum cum ipſo, & liberis ejus, quibus propterea etiam jus ſacerdotii perpetuum ſit promiſſum & adjudicatum.* Buxt.

CAPUT

CAPUT XXVI.

Vers. 1. de hoc spacio vide Gen. 35. 22. Tales versus quatuor sunt in Lege, hic tertius, quartus verò est Deut. 2. 8.

62. הַמְחֻקָּדִי / vide Num. 1. 47.

CAPUT XXVII.

Vers. 5. מִשְׁפְּחֹתָן / Nun finale majusculum, *ad commendandam prudentiam filiarum Tzelophchad*, &c. Alii putant ן majusculum denotare נֹאמֶן / quod sc. causa & petitio eorum fuerit מִשְׁפָּט נֹאמֶן causa justa. Buxtorf.

7. לָהֶם illis, Masc. pro לָהֶן vide 2. 3. 14.

CAPUT XXVIII.

Vers. 10. שַׁבַּת בְּשַׁבַּתּוֹ Prius desinit in (-) extra constructionem, vide Addit. 1. ad cap. 11. libri 1. p. 226. atque ea forma assumit Dages cum affixis.

CAPUT XXIX.

Vers. 13. עֶשְׂרֹן: unum ex x. extraordinariè punctatis in Lege, & ex XV. in tota scriptura Vet. Test. Ajunt ideo punctatum, *ne quis duas decimas necessarias judicet, quod dicatur bis*, decima, decima.

Atque

Atque hæc est vox nona. Octava fuit Num. 21. 30. אֲשֶׁר / *Litera* ר *punctata est*, inquit Baal Turim, *& relinquitur* אש ignis, *nam combusta fuit igne, &c.* Sensus, explicante cl. Buxtorfio, ר in voce אשר punctatum est, quasi ad vocem non pertineat: eâ ablatâ, manet אֵשׁ ignis, unde ista punctatione tacitè indicare voluit desolationis speciem, nempe urbem Nophach exustam fuisse, &c. Septima fuit רְחוֹקָה Num. 9. 10. *Ad inditandum, viam non fuisse remotiorem, quam à limine atrii foras usque.* Sensus, pollutum non tantum in via remota, sed & in via proxima, modò extra atrium templi sit, posse celebrare Pascha. Buxt. Vox decima & ultima in Lege, extat Deut. 29. 29. vide illic.

CAPUT XXX.

Vers. 3. יָחֵל / 1. 27. 6.

CAPUT XXXI.

Vers. 24. וּמְהַרְחֵם hic in quibusdam codicibus pingitur ט minusculum. At Masora parva nihil ascripsit.

28. מַכִּים derivatur vulgò à מָכַס / ut & מְכָסֶה Ÿs. 40. contra omnem Analogiam Nullum enim apparet Dages in ס / e. g. Ÿs. 38.

38. מִכְסָם numerus eorum, planè ut בְּגֹד / quid si ergo à מָכַס obsoleto, idem significante quod פָּסַס ?

CAPUT XXXII.

Vers. 7. תְּנוּאוּן Vau pro Jod, unde notat Mas. legi vel legendum esse תְּנִיאוּן / Aliàs juxta consonas quæ in textu scribuntur, legendum esset תְּנוּאוּן / hoc esset Fut. 2. Kal, illud hiphil à נוּא / in hiphil הֵנִיא / 1. 29. 2. (r) in (:) ob ן paragog. 1. 20. 10.

11. & 12. מְלֹאוּ pro ן / 1. 2. 31. Præt. Phiël.

24. לְצוֹנְאֲכֶם pro לְצֹאנְכֶם /

30. נֹאחֲזוּ Præt. Niph. pro נֶאֱחֲזוּ /

42. לָהּ pro לָהֶ Sic & Ruth. 2. 14. & Zach. 5. 10. nec sæpius.

CAPUT XXXIII.

Vers. 2. מוֹצְאֵיהֶם non mutat (7) Adde ergo hoc exemplum ad §. 30. cap. 6. lib. 1.

CAPUT XXXV.

16. 17. וַיָּמֹת Notabile est, accentum Tipcha non retrahi & per consequens (5) non corripi.

20. יְהַפְּנֵנִי Fut. 2. Kal, pro ך /

In Ebræis Bibliis hæc adduntur, *Numerus*

merus versuum hujus libri 1288. *quorum memoriale est* ארפח. *Medius autem ille est*, Eritque ut ejus, quem elegero, virga floreat, &c. 17. 20. *Capita ejus* (distinctione Masorethicâ) 32. *Alii libri*, 28. *Sectiones* x.

DEVTERONOMIVM.

CAPUT I.

VErs. 44. וַיַּכְּתוּ vide Num. 14. 45.

CAPUT II.

8. vide de hoc spacio suprà Num. 26. 1.

9. אַל תָּצַר / 2. 9. §. 13. & 15. Extra retractionem accentus esset תָּצֻר / Confer ℣. 18. Est autem accentus postpositivus, & proinde vox nihilominus penacuta, 2. 11. 11. Lege totum §. & videbis hic esse Pasta.

Ibidem תִּתְגַּר / 1. 36. 5.

CAPUT IV.

Vers. 10. לִירָאָה? Infinitum anomalum cum ה paragog. pro יִרְאֵה ex יָרֵא /

26. תֹּאבְדֻן accentus Rex *Zarka* mutat sub ב in (-) 2. 11. 2. nec obstat quod sit in ultimâ

ultimâ ſyllabâ, Eſt enim ex poſtpoſitivis, vide §. 11. & inſuper 2. 10. 11.

41. מִזְרָחָה *verſus orientem*, pro מִזְרָחָה / planè contra regulam, 2. 8. 6.

CAPUT V.

Quæ in Decalogo occurrunt, vide ad Exod. 20. Tantummodo obſerva in præcepto 6. hic ſcribi תִּרְצָח cum in Exodo ſcriptum ſit תִּרְצַח/quod ſententiam Scindleri confirmat.

27. אֹתָ pro אֹתָּ vide ad Num. 11. 15.

CAPUT VI.

Verſ. 4. שְׁמַע majuſculum ע ad excitandos animos ad conſiderationem magnæ iſtius doctrinæ.

Ibidem אֶחָד Majuſculum ד / *ad indicandum, Dominum illum æternum eſſe Deum unicum in quatuor mundi partibus, id eſt, in toto mundo & in cælo & in terra, nec alium eſſe Deum in ulla mundi parte præter ipſum.* ד enim in numeris valet *quatuor.* Duæ autem majuſculæ ע & ד conſtituunt vocem עֵד *teſtis.* quaſi monere hoc ipſo voluerint & dicere, Audi Iſrael, & *teſtis* mihi eris, me de unico, vero & æterno Deo te ſeriò monuiſſe, juxta illud Jeſ. 43. 10.

& Jes. 44. 8. Et viciſſim, Deum futurum teſtem contra ipſos ſi non audiant, juxta illa, Mich. 1. 2. Mal. 3. 5. Jer. 11. 7. & 29. 23. Buxtorf.

CAPUT VII.

Verſ. 5. אֲשֵׁרֵיהֶם pro אֲשֵׁרֵיהֶם /
24. הַשְׁמִידֵךְ Inf. hiphil pro הַ 1. 12. 16.

CAPUT VIII.

Verſ. 13. יִרְבֵּץ Fut. 2. Kal, 1. 32. 11.

CAPUT IX.

Verſ. 14. הָרֵף 1. 34. 6.
21. וְאֶבְוֹת Fut. 2. Kal à נָבַת obſoleto. Vide 1. 25. 9. in fine, & p. 232.

CAPUT X.

Verſ. 12. iterum occurrit illud יִרְאַת de quo ſupra, 4. 10. item אַהֲבָה de quo 1. 10. 24. in fine.

CAPUT XIII.

Verſ. 2. נַעַבְדֵם ut Ex. 20. 5. illud erat 2. perſ. ſing. hoc eſt primæ perſ. plur. num.

CAPUT XV.

Verſ. 18. בְּשַׁלְחַךְ pro לְ /

CAPUT

CAPUT XVIII.

Verſ. 13. תָּמִים / majuſculum ת / *ad indicandum, quod hâc literâ & voce comprehendatur ſumma & fundamentum totius Legis, ut qui univerſam Legem ſcriptam à litera א uſque ad ת ſervat, aut qui toto animo & omnibus viribus eam ſervare ſtudet, is demum & vere ſit* תָּמִים / id eſt, perfectus cum Deo. Buxtorf.

CAPUT XX.

Verſ. 2. קָרְבְּכֶם *appropinquare vos.* Inf. Kal cum aff. pro קִרְבְּכֶם /

CAPUT XXI.

Verſ. 7. שְׁפָכְהּ / Legitur שְׁפָכוּ / Scribitur שְׁפָכְהּ At quia Sjurek ſine vau ſcribi non potuit, Kibbuts ſub כ poſuerunt.

8. נִכַּפֵּר *expiatus eſt*, compoſitum ex Niphal & hithphaël.

12. צִפָּרְנֶיהָ *ungues ejus*, plur. cum affixo ex ſingulari צִפָּרְנָהּ /

CAPUT XXIV.

Verſ. 4. הִטְמְאָה *polluta eſt*, pro הִטַּמְאָה ob accentum magnum. Eſt autem compoſitum ex hithphaël & hophal. Porro ת

syllabæ הֵת pensatur per Dages in ט 1.16.1.

CAPUT XXVI.

Vers. 6. וַיָּרֵעוּ / 1. 22. 9.

12. לְעַשֵּׂר *decimas dare*, Inf. hiphil pro לְהַעֲשִׂיר aut potius לְהַעֲשִׁיר / 2. 7. 10. Infin. hiphil cum literis Gerundialibus rarissime est cum tzeri.

CAPUT XXVIII.

Vers. 22. יִכְבָּרֵ Fut. 2. hiphil cum affixo pro יִכְבָּךְ à נִכְבַּרְתִּי / 1. 34. 7. & sic in sequentib.

24. הִשְׁמִדֵךְ in accentu magno, pro הִךְ / transpositis solummodo punctis, ut in quibusdam particulis fieri solet, 2. 10. 7. in fine. Sic & 45. & 51. licet in segolta, 2. 11. 2. & Ps. 61.

27. וּבְעָפָלִים pro וּבִעֳ / Legitur וּבְטְחֹרִים /

30. יְשַׁכְּבֶנָּה / ק / id est, legitur יִשְׁגָּלֶנָּה / De his infra seorsim, non enim sunt variæ Lectiones ex varietate Codicum ortæ.

48. הִשְׁמִידוֹ pro הִשְׁ / 1. 12. 16. in fine.

הַיּוֹצֵרֵת Part. præs. Kal fœm. gen. cum articulo, pro יוֹצֵאת / 1. 28. 5.

59. מַכּוֹתֵךְ Plur. cum affixo pro מַכּוֹתַיִךְ /

CAPUT XXIX.

Vers. 28. וַיִּשְׁלְכֵם Majusculum Lamed & seri-

& scribitur defectivè sine Jod; Majusculum ל / *ad designandam magnitudinem & gravitatem hujus projectionis in terram alienam, tum etiam quod abjecturus esset eos* in æternum (*quasi hoc* ל *tacitè innuat vocem* לְעוֹלָם) *si non agant pœnitentiam. Scribitur defectivè cum defectu literæ Iod, quæ in numeris valet decem, ad indicandum, inquiunt, quod Deus aliquando à populi corpore decem tribus avulsurus sit, & propter defectionem sceleratissimam & immanem idololatriam in terram alienam dissecturus, ut reliquum populi corpus sit perpetuò luxatum & defectum mansurum.* Buxt. Addam ex Baäl Turim, ל *magnum & defectus literæ Iod, ad docendum non esse abjectionem similem abjectioni* X. *tribuum.* Quâ de re vide 2. Reg. 17. 18. 23.

29. לָנוּ וּלְבָנֵינוּ hic est decimus locus extra ordinem punctatus in Lege, proculdubio ad excitandam in Lectore debitam attentionem.

CAPUT XXX.

4. נִדַּחֲךָ Part. pret. Niphal נָדַח cum affixo.

CAPUT XXXI.

Vers. 29. וְקָרְאוּ *& evenerit*, cum א redundante

dundante pro קְרֵרֹת atque hoc pro קְרָתָה 1. 32. 6. Th. eſt קְרֵרֹת /

CAPUT XXXII.

Verſ. 4. הַצּוּר Magnum ץ / cujus D. Buxt. & Baal Turim non meminerunt.

6. הַלַיהוָה pro הַלֵיהוָה *haladonai*, an. DOMINO? Legendum, ac ſi duæ voces eſſent, hal Adonai, & ſic legerunt Sapientes Nahardeënſes ex Babylonia. Alii aliter ſcripſerunt & legerunt. Vide Maſoram marg. Eſt autem ה majuſculum, *ad excitandum majorem admirationem, quod iſti Domino, Patri, Redemtori, Factori & Gubernatori ſuo tam malam referrent gratiam, exhibendo ſe quintupliçi benefactori ſuo, quintupliciter* (ה enim in numeris valet quinque) *malos, vid. corruptos, perverſos, contortos, ſtultos & inſipientes.*

Ibidem קָנֶךָ poſſedit vel emit te, in quibuſdam codicibus ſcribitur cum Jod redund. Eſt autem præt. Kal in acc. magno pro קָנֶךָ à קָנֵה /

13. בָּמֳתֵי ita ter ſcribitur cum vau ſuperfluo, hic vid. & Jeſ. 28. 14. & Mich. 1. 3. Eſt autem pro בָּמוֹתֵי holem in camets raptum verſo ad alleviandam pronunciationem, atque hoc rurſus pro בָּמוֹת ex

ſing.

ſing. בָּמָה / vide 1.7.11. in fine,& Annot. ad cap.21. libri primi. Eſt enim à th. בום /

18. תָּשֵׁי in pausâ pro תְּשִׁי / ut תְּהִי / Fut.2. Kal cum Apocope, 1.32.13. juxta Scindl. ab obſoleto שָׁיָה / Confer 2. 10. 8. Alii volunt eſſe pro תִּשָּׁה à נָשָׁה Eſt autem hic Jod minuſculum, *ad indicandum abominandam eſſe hanc oblivionem, quæ tanta, ut vix exigua Rupis illius memoria in populo extaret. Simul etiam denotari volunt decem tribuum* (Jod enim decem) *defectionem, quæ in perpetuum Dei ſint oblitæ.* Buxt.

26. אַפְאֵיהֶם *in omnes angulos diſpergam eos*, Fut. 2. hiphil pro אַפֵּאם ex affixo & אַפְאֵה à th. פֵּאָה *angulus.*

28. אוֹבֵד / 1. 10. 27.

32. עִנְבֵי ut Lev. 25. 5.

36. יִתְנַחֵם / 1. 16. 8.

Ibid. אָזְלַת *abiit*, fœm. gen. pro אָזַל ex chaldaïſmo. 37. חָסָיוּ / 1. 32. 6.

CAPUT XXXIII.

Verſ. 16. תָּבוֹאתָה *veniet*, Fut. 2. Kal cum ה parag. תָּבֹאָה. At ה parag. vertitur in ת / & accedit aliud augendæ ſignificationi, unde Jun. *veniat abundanter.*

21. וַיֵּתֵא / 1. 32. 16.

CAPUT XXXIV.

Verſ. 8. וַיִּתְּמוּ / 1. 25. 16.

Numerus verſuum hujus libri 955. *Memoriale* הֵנֵץ. *Medius*, Et facies juxta verbum, &c. 17. 10. *Sectiones decem & capita* 27. [juxta diſtinct. Maſoræ.] *Numerus verſuum omnium librorum Moſis* 5245. Variant hic codices. Si addideris numerum verſuum ſingulorum librorum, prout in Maſora traditur, erit ſumma 5845.

Vide Buxt. Comm. Criticum.

Geneſis	1534.
Exodus	1209.
Levit.	859.
Numer.	1288.
Deut.	955.
Summa	5845.

IOSVA.

CAPUT II.

VErſ. 6. הֶעֱלָתָם / 2. 4. 16.

13. הַחֲיִתֶם / 1. 34. 2.

Ibidem, אַחְוֹתַי Legitur אַחְיוֹתַי / 1. 7. 17.

16. נֶחְבִּיתֶם pro נֶחְבִּיתֶם Præt. Niphal.

17. * הִשְׁבַּעְתָּנוּ *adjuraſti nos*, pro תִּישְׁבְּעוּנוּ Alloquuntur fœm. verbo Maſculino, honoris cauſâ, 2. 3. 14. Confer 2. 4. §. 17. & 19.

* Sic & verſ. 20.

Vſ. 18.

18. הוֹרַתְּנִי pro תִּי / Præt. hiphil ſecundæ fœm. הוֹרַתְּ cum affixo.

Ibid. תַּאַסְפִּי *colliges*, ut plur. יַאַסְפוּ / 1. 10. 17.

CAPUT III.

Verſ. 16. ק׳ בְּאָדָם Legitur מְאָדָם hoc oſtendit (-) ſub ב. At quia ſic invenêrunt in codicibus, non auſi fuerunt mutare quippiam; ſatis ipſis fuit probabiliorem lectionem puncto indicaſſe.

CAPUT V.

Verſ. 1. עָבְרֵנִי Legitur עָבְרוּם *tranſiiſſent illi.* Et hoc punctum indicat. Alias enim fuiſſet עָבַרְנִי /

CAPUT VI.

Verſ. 7. וַיֹּאמְרוּ Iterum duplex lectio. Scribitur וַיֹּאמְרוּ juxta conſonantes: at legitur וַיֹּאמֶר /

9. תִּקְעוּ Rurſus duplex lectio, Juxta conſonas (chetib) eſſet תָּקְעוּ *clanxerunt*, juxta vocales תִּקְעוּ *clangentes*, hoc eſt *Keri.* Atque ita unam lectionem conſonis, alteram vocalibus expreſsêre, quæ vocales reſpondent voci in margine notatæ. Cætera his ſimilia parcius deinceps annotabo. 11. וַיִּסַּב pro וַיָּסֹב / 1. 27. 6.

17. הֶחְבִּיאָתְהָ *fideliter abscondit*, Præt. hiphil pro הֶחְבִּיאָהּ quod extat ℣ſ. 25. atque hoc pro הֶחֱ/ 1. 29. 2. Mutatur hic ה nota fœm. gen. in ת & accedit alterum ה.

CAPUT VII.

Verſ. 7. הֶעֱבַרְתָּ Præt. hiph. pro הֵעֵ aut הֵ/

21. וַאֲרָאֹה Scribitur juxta conſonantes אֲרָאֹה / at juxta vocales legitur אֶרְאֶה cum apocope ה אֶרְאֶה 1. 32. 12. ac tunc redundat ה / hæc lectio eò probabilior, quò uſitatior eſt hæc forma cum Vau converſivo.

CAPUT IX.

Verſ. 4. וַיְצַוְּרֵנִי In acc. magno pro ' Futurum 2. hithphaël, regulare, à צָיַר / 1. 16. 4.

7. וַיֹּאמְרוּ ut ſupra 6. 7.

Ibidem, אֲכָרוֹת vau redundans in hac lectione. At in alterâ lectione ſine Maccaph eſſet אֲכָרֹת /

12. לַחֲמֵינוּ Jod redundans.

Ibid. הִצְטַיָּדְנוּ *viaticum accepimus*, Præt. hithphaël, à צָיַד / 1. 16. 1.

CAPUT X.

Verſ. 8. בְּיָדְךָ in hac lectione, quam puncta exprimunt, redundat Jod; in alterâ (chetib) בְּדָךְ eſt nota dualis numeri.

CAPUT

CAPUT XI.

Vers. 14. הַשְׁמִימִם pro הַשָּׁשׁ ut ℣. 20. vide 1.12. 16. in fine.

CAPUT XII.

Vers. 1. מִזְרַחְדִּ ad orientem, ut Deut. 4. 41. Sic & Jud. 21. 19. nec amplius.

CAPUT XIV.

Vers. 8. הִמְסִיו præt. hiphil, pro הִמְסוּ / à מָסַס ex chald.

11. כְּכֹחִי majusculum כ prius, cujus tamen D. Buxt. non meminit.

12. אוֹתִי pro אִתִּי /

CAPUT XV.

4. וְחִירִדּ Legitur וְחִיוּ / At scribitur וְחִירִדּ /

47. חַגְבוֹל Legitur חַגְרוֹל *magnum*, juxta vocales; at scribitur, legiturque juxta consonas חַגְבּוֹל /

63. יְכָלוּ iterum duplex lectio. Consonę postulant legi יְכָלוּ / Fut. 2. Kal 1.10. 22. in fine. At vocales exprimunt aliam lectionem, quæ in margine notata est, יָכְלוּ præt. Kal. Quam si sequamur, redundans erit vau.

CAPUT

CAPUT XVIII.

Vers. 10. לִבְנֵי *filiis*, in margine Bibl. Interlin. scribitur, סא לִפְנֵי / id est, סֵפֶר אַחֵר *liber alius*, vel, *alii libri*, legunt *liphne*, id est, coram.

CAPUT XXII.

21. תְּבוֹאָתֵךְ *eveniet tibi*, Fut. 2. Kal, cum ך parag. תָּבֹאר / quod accedente affixo in ר mutatur.

30. אִי pro אֵין *non*. Juxta quoſdam. Sic & Jun.

CAPUT XXIII.

Vers. 9. אָחַז in pausâ pro אָחֵז Fut. 2. Kal cum Apocope, pro אֶחְזֹר vel אֶחְזְרֹ/

CAPUT XXIV.

Vers. 4. עֲנִוֵּי legitur עֲנֵי à sing. עָנִי/

6. קְצִירִי legitur קְצִיר/

21. יְטִיב Fut. 2. Hiphil, pro יֵיטִיב revocato ר characteristico conjugationis, pro יְטִיב/ 1. 12. 15. à יָטַב/

24. הַמַּכִּי/ 1. 27. 9. pro הוּמַכִּי à מָכַךְ/

CAPUT XXVII.

Vers. 8. יְשַׁל Fut. 2. Kal, juxta quosdam pro יִשַּׁל quod extat Deut. 28. 40. à נָשַׁל/ alii malunt ut sit cum Apocope pro יִשְׁלֶה à שָׁלָה/ 1. 32. 12.

CAPUT XXIX.

Vers. 3. בְּחַלּוֹ *cum faceret splendere*, Infin. hiphil pro בְּהַחֲלוֹ ab הָלַל/

6. בְּחֶמְאָה pro בְּחֶמְאָרֹ *butyro.*

21. וַיְחַלּוּ *& expectabant*, Præt. Phiel cum Dages Euphonico.

CAPUT XXX.

Vers. 4. לְהֻמָּם quidam exponunt, *pass.*

corum.

eorum, à לָחֹם / Alii, *ad calefaciendum*, ut sit infinitum Kal cum literâ Gerundiali ל pro לַחַמֵּם / ut Jes. 47. 14.

11. יִתְרִי legitur יִתְרִי /

13. לְהַוֹּתִי legitur לְהַוֹּתִי /

22. תְּשִׁוֹרֵר legitur תְּשִׁוֹרֵר /

CAPUT XXXI.

Vers. 5. וַתְּחֻשׁ *& festinavit.* Vulgò à חוּשׁ deducunt, ut sit Fut. 2. Kal pro תָּחוּשׁ / ut phathach sub ר sit pro Kamets, & phathach sub chet pro Kamets brevi, ob retractum accentū & gutturalem, 2. 9. 13.

7. מאום / redundat aleph in lectione.

15. וַיְכוֹנְנוּ Dages Euphonicum.

CAPUT XXXII.

Vers. 11. אֲזוּ pro אַאֲזוּ Fut. 2. hiphil,

12. וְעָרֵיכֶם *ad vos*, pro עֲרֵיכֶם solet enim cum affixis gravibus ־ esse sub ע / 2. 6. 15. Alii putant significare *verba vestra*, ut sit à sing. עָר à themate עור / & sic Num. 23. 18. juxta quosdam עָרַי *verba mea.* Sed non est necessitas sic statuendi.

CAPUT XXXIII.

Vers. 5. עָרְכָה Fut. 1. Kal cum ה parag.

17. אַכַּפּוֹ *manus mea*, regulare est ab אֶכֶף idem

idem quod כֵּף / ¶ 20. וְשִׁפְּי legitur וְשִׁפְּיוֹ
Præt. Phual à שִׁפְּרוּ /
28. נִפְשִׁי legitur נַפְשׁוֹ /
Ibid. חַיְתִי legitur חַיָּתוֹ /

CAPUT XXXV.

Vers. 11. מַלְפָּנוּ Part. præs. Phiel cum affixo pro מְאַלְּפֵנוּ /

CAPUT XXXVIII.

Vers. 1. מִנ legitur מִן /
12. יִדְעָתִי שַׁחַר legitur יִדְעָתְּ שַׁחַר /
13. רְשָׁעִים hic in accuratis codicibus supra cæteras literas suspensa est, ut & versu decimo quinto in hâc eâdem voce. Ajunt hoc ideo factum, *ut indicentur vox* עָפָר pulvis, q. d. *improbos instar pulviſculi in altum excuſſi perituros, adeo ut non agnoſcatur locus ipſorum.* D. Buxt. ex Thalmud aliam refert cauſam, *Quare littera* ע *ſuſpenſa eſt? Quum homo fit* רָשׁ *pauper infra, fit etiam* רָשָׁע *ſupra; hoc eſt, quando improbus ob nequitiam ſuam exoſus ſit in hoc mundo inferiori probis, exoſus quoque ſit Deo in ſuperiori mundo, quod* ע *ſublatũ denotat; ſic manet* רָשׁ *pauper, privatus unico & vero bono cæleſtis lucis, in quâ pii vivunt, atque numq; gaudent.* Sed hęc frigidiuſcula ſunt.

Vers. 33. aliis 30. יַעְלֹעוּ Fut. 2. pro יִלְּעוּ; à לעע Ita vulgò. Sed cur non à עלע obsoleto, idem quod לוע?

CAPUT XL.

Vers. 27. תּוּסַף in pausa pro תּוֹסֵף 2.10.12. Fut. 2. hiphil à יָסַף /

CAPUT XLI.

Vers. 1. יְעוֹדְדוּ legitur יְעִדְּדוּ /

3. לֹא / legitur לוֹ *ei*, Junius tamen & alii sequuntur scripturam, לֹא *non*.

Ibid. חֵין pro חֵן / ¶ 7. יְגַשֵּׁשׁוּ pro יְגַשְּׁשׁוּ /

16. מְשֻׁאָתוֹ ab *altitudine ejus*, pro מַשְׂאֵתוֹ Inf. pro nomine 1.28.16. ibi habes thema.

24. הֶעָשׂוּי *qui factus* [*est*] 1.32.21. & הַ est articulus, idem valens hoc loco, quod אֲשֶׁר *qui*, 2.4.56.

CAPUT XLII.

Vers. 2. יְרֻעָתִי legitur יְרֵעָתִי /

13. שִׁבְעָנָה pro שִׁבְעָה /

Numerus versuum 1070. Medius est, *qui excisi sunt cum nondum*, &c. cap. 22.16.

PSALMI.

PSALMI.

Psal. III.

Vers. 3. יְשׁוּעָתֶךָ / 1. 7. 7.

6. וַאֲיִשְׁנָה Fut. 2. Kal cum ה paragog. sed Kamets sub ש pro Sjeva ob accentum, licet nec Regem, nec distinguentem. Est autem notandum, in libris Poëticis accentus non solum Reges, sed etiam ministros sæpiusculè obtinere vim pausarũ, in productione syllabarum.

Psal. IV.

Vers. 3. תְּאֹהֲבוּן pro תְּאֵבוּן vide ad ℣. 6. Psalmi 3.

5. תִּחְמָאוּ vide ibidem. Cætera non notabimus, nisi aliud accedat.

7. נְסָה Fut. 1. Kal pro נְשָׂא /

Psal. V.

2. הַגִּיגִי à th. הָגָה pag. 125. lin. prima.

5. יָגוּרְךָ pro יְגֻרְךָ / 2. 4. 55.

8. אֶשְׁתַּחֲוֶה Fut. 2. hithphael 1. 36. 5.

9. הַיְשַׁר legitur הַיְשַׁר / 1. 12. 10.

Psal. VI.

Vers. 3. אֻמְלַל Est à themate אָמַל / tertiæ themat

thematis geminatâ, ut & in סַגְרִיר imber à סָגַר/

11. יִבָּשׁוּ/ 1. 20. 10.

PSAL. VII.

Vers. 6. יִרְדֹּף *persequatur*, Fut. 2. ex duabus conjugationibus compositum, vid. Kal, יִרְדֹּף & Phiël יְרַדֵּף/

17. קִרְקְרוּ Ita interlin. & Veneta, magnâ anomaliâ, si est à קָרַק/ atque ita etiam reperitur 2. Sam. 14. 25. & Job. 2. 7. At in thesauro Pagnini scribitur קִרְקְרוּ quemadmodum Deut. 28. 35. scribitur קִרְקֳדָה/

PSAL. VIII.

Vers. 2. תְּנָה/ 1. 10. 25.

7. שַׁתָּה Præt. Kal à שׁוּת/ 1. 20. 5.

9. יְרֵגִ singulare est יָרֵג/ quod non est à themate רוּג/ sic enim maneret Kamets in regimine, sed à themate יָגֹרָה formæ יָם p. 124. formâ 6.

PSAL. IX.

Vers. 13. עֲנִיִּים ubicunque scribitur cum Kamets sub nun, legi solet per Vau עֲנָוִים *mansueti*, à sing. עָנָו/ Scribitur autem עֲנִיִּים *pauperes*, *afflicti*, *miseri*, à sing. עָנִי ab eodem themate עָנָה/

Psal. 15.

15. תְּהִלָּתֶךָ *laudem tuam*, redundat Jod.

19. עֲנִוִּים ubi hæc vox cum hirik ſub Nun ſcribitur, legi ſolet per Jod, עֲנִיִּים Aliàs juxta conſ. legendum eſſet עֲנִוִּים /

21. מוֹרָה *timorem* pro מוֹרָא à th. יָרֵא /

Psal. X.

Verſ. 8. לַחֲלָכָה *contra pauperem*, videtur eſſe ab abſoluto, licet inuſitato, חֵלֶךְ / ut ה ſit paragog.

10. וְדָכָה Fut. 2. Kal pro יִדְכֶּה à דָּכָה /

Ibid. חֲלָכָאִים Maſora, *ſcribitur ut una, at leguntur duæ dictiones*, חֲל כָּאִים id exponunt, *turba attritorum*, ut ſit חֲל pro חַיִל ex abſ. חַיִל & כָּאִים ſit ex ſing. כָּאֶה à th. מָאֶה Ego putârim eſſe plurale à ſing. חֲלָכָה ſupra ỳſ. 8. ה in א verſo, & ſcribendum ſine Dages in caph. Juvat Chaldæus, qui etiam vertit *pauperes*. ¶ 12. עֲנִיִּים ut Pſ. 9. 13. nec notabo amplius.

14. חֲלָכָה in accentu magno pro חֲלָכָה Tſere ſub ל juvat ſententiam ſupra à nobis poſitam, vid. formam abſ. eſſe cum gemino tzeri חֵלֶךְ /

Psal. XI.

Verſ. 1. נוּדִי legitur נוּדִי /

6. מְנָרֶת pro מְנֹרָת / 2. 1. 41. in fine.

PSAL. XV.

Vers. 4. *qui juravit* [*etiam*] *ad malefaciendum* [*sibi*] hoc est, *in damnum suum* לְהָרֵעַ Inf. hiphil pro לְהָרַע? Est enim & illic phathach in fine ob easdem causas, quæ ad Fut. 2. notatæ sunt 1. 22. 9. Alii vertunt *proximo*, cum articulo ה post ל/ quod quidem irregulare est, non tamen omnino insolens. Dixi in collatione meâ Biblica utrumque posse defendi, prius tamen interpretamentum me probare magis. Fefellit me, quod putârim in Ebr. esse לְהָרֵעַ. At cum in eo sit לְהָרַע & vox רֵעַ *proximus* nunquam reperiatur sic contracta, interpretamentum illud posterius, *proximo*, nunc audacter damno.

PSAL. XVI.

Vers. 5. מְנָת ut Ps. 11. 6.

Ibid. תּוֹמִיךְ / 1. 10. 27.

6. נָחֲלַת Enallage status contracti pro absoluto, nisi quod sit Kamet sub ל. Est & hoc itaque formæ mixtæ.

10. חֲסִידְךָ redundat Jod.

PSAL. XVII.

Vers. 8. בְּרַת pro בָּבַת ex abs. בָּבָה ut Zach. 2. 8.

14. מִמְּתִים *à viris*, pro מִמְּתִים Metheg compensat absentiam רפ Dages, vide in Addit. Additionem 3. ad cap. 3. libri 1.

PSAL. XVIII.

Vers. 10. וַיֵּרְדְּ pro יֵרַד / 2. 10. 12. Th. est יָרַד / 1. 10. 22.

11. וַיֵּרָא pro יִרְאֶה / 1. 32. 12.

32. זוֹלָתִי *præter*, Jod est paragog.

35. נִחֲתָה Præt. Niphal, pro נַחֲתָה ut נָסַבָּה / 1. 25. 12.

43. אֲרִיקֵם Fut. 2. hiphil à ריק juxta quosdam. Aliis à רקק / ac tunc erit pro יִרֹק /

PSAL. XIX.

Vers. 14. אֵיתָם / 1. 25. 16.

PSAL. XX.

Vers. 4. יְדַשְּׁנֶה / 1. 14. 9.

9. וְנִתְעוֹדָד hithphoel à עוד *adhuc*. Sic & ab aliis adverbiis aliquando formantur verba, vide etiam Ps. 88. 16.

PSAL. XXI.

Vers. 2. יָגִיל redundat Jod in hac lectione. Scriptura tamen (יָגִל) magis analoga. Etenim יָגִל scribi non potest, nisi vox sit penacuta,

PSAL.

PSAL. XXII.

17. כָּאֲרִי vox ea, prout ſcribitur, ſignificat *ſicut Leo.* Omnes tamen Interpretes, tam veteres quam recentes, Græci, Chaldæi & Latini, vertunt per præt. quaſi eſſet כָּאֲרוּ *fodêrunt* quod per Epentheſin א dicitur pro כָּרוּ à כָּרָה Præt. Kal. Ipſa Maſora marginalis notat, bis extare, ſed in diverſis ſignificationibus. Locus alter eſt Jeſ. 38. 13. ubi non aliter poteſt exponi, quam, *ſicut Leo.* Hic ergò juxta eos aliter accipitur. Sciendum eſt, hanc quoque vocem pertinere ad *Keriin* & *Chetibin*, id eſt, voces, quæ aliter leguntur quam ſcribuntur. Præter *a)* Andrad. *b)* Galatinum, alioſque ipſe quoque *c)* Joh. Iſaac teſtatur, ſe exemplar vidiſſe, quod in textu habebat כָּאֲרִי in margine verò כָּאֲרוּ Chald. Paraphraſtes utramque lectionem expreſſit, *Foderunt ſicut Leo, &c.* Et audiamus ipſum R. *Iacob Chajim*, qui in Maſora magnâ litera א ante ר ſic ſcribit, בקצת ספרים מדויקים מצאתי כתיב כארו וקרי כארי id eſt, *in quibuſdam exemplaribus correctis inveni ſcriptum (in textu)* caäru, *at lectum (in margine)* caäri. Sic ergo in textu ſcribendum eſſet, כָּאֲרוּ & in margine ſcri-

a) Defenſ. conc. Trid. lib. 4.
b) De arcanis Cath. Verit. 8. 17.
c) lib. 2. contra Lindanum p. 102. & ſeq.

ne ſcribendum, קְרֵי Ecce juxta conſonas כְּתִיב/ juxta vocales כְּתִיב/ Dices, non ergo de nihilo eſſe objectionem Bellarmini. Reſp. cum Witakero, hoc unum poſſe ab illis probabile in fontibus Ebr. corruptelæ indicium inveniri. Dico autem non eſſe novum aut mirum, Keri & Chetib vel à ſcribis, vel à typographis confundi. In quâdam Editione Venetâ valde conqueritur Elias Levita hoc paſſim factum eſſe. Addo in multis Bibliis Keriin, id eſt, marginales illas lectiones nuſpiam aſſcriptas eſſe. Et quod ad hunc locum attinet, concedo errore vel deſcriptorum vel typographorum, factum, uti *quod in margine poni debuerat, in textum irrepſerit; & contrà, * illud quod in textu erat ſcribendum, in marginem fuiſſe rejectum, & in multis poſtea exemplaribus, unà cum cæteris marginalibus omiſſum. Addo, poſtmodum, cum etiam Chriſtiani Editiones Ebr. Bibliorum procurare inciperent, æmulationem inter correctores Judæos & Chriſtianos ortam eſſe, atque ab eo tempore Judæorum pertinaciam ſumpſſe incrementum, ut nihil Chriſtianis gratificari voluerint. Abſterruit Chriſtianos fregitque eorum animos

* כאדו

* כאדי

N.B. lectionem marginalem ſemper à Iudeis præferri & legi.

animos metus damni. Ausus enim fuit Judæus quidam, corrector cœrtæ Editionis Bibliorum Venetorum, Bombergo, cum locum hunc ad fidem correctissimorum codicum, quos R. Jacob innuit, restituere vellet, minari, se hoc procuraturum apud suos, ne ullum exemplar editionis istius emerent. Id quod ex Cl. Drusio præceptore meo p.m.me sæpe audire memini. Quàm pauca autem exemplaria Bibliorum Ebr. inter Christianos etiamnum distrahantur, Typographi optimè testabuntur. Atque ita hujus qualiscunque erroris, quem in hodiernis Exemplaribus agnoscimus, originem, librariorum descriptorumvè incuriæ: conservationem verò & durationem ejusdem, quem in hodiernis Bibliorum Exemplaribus agnoscimus, partim Rabbinorum pertinaciæ & ambitioni: partim nostrorum Typographorum pusillanimitati ascripserim.

PSAL. XXIV.

Vers. 4. נַפְשִׁי legitur נַפְשִׁי *animam meam*, Scribitur נַפְשִׁי *animam suam*.

PSAL. XXVI.

Vers. 2. צָרוֹפָי *Examina*, vau redundat,

Fururum 1. Kal cum ה paragog.

PSAL. XXIX.

Verſ. 1. 2. הָבוּ vide in Indice Alphab.

PSAL. XXX.

Verſ. 4. מִיָּרְדִי / legitur מִיָּרְדִי mi-jor-di, ut י redundet, Infin. Kal יָרוֹד cum affixo. Scribitur מִיּוֹרְדִי Part. præſ. Kal.

7. בְּשַׁלְוָתִי pro בִּשְׁלַוְתִּי / 2. 2. 33.

13. יְדוֹם / 1. 25. 15.

PSAL. XXXI.

18. יִדְמּוּ Fut. 2. Niphal pro יִדַּמּוּ / 1. 25. 16.

24. אֶהֱבוּ Fut. 1. Kal, pro אֲהֵבוּ / 1. 10. 11.

PSAL. XXXII.

Verſ. 1. נְשׂוּי pro נְשׂוּא Part. præt. Kal quaſi a נָשַׂר / cum tamen ſit à נָשָׂא / 1. 36. 11.

PSAL. XXXV.

Verſ. 10. כָּל Maſora notat duo ſolum modo eſſe cum camets & accentu, ac proinde legenda eſſe *chal*, non *chol*, Alter locus extat Prov. 19. 7.

14. כְּאֵבֶל ex abſoluto אֵבֶל / ſegol eſt pro phathach, nam in regimine eſſet אֲבַל /

20. אֶרֶץ quater extat cum (׃) in Athnach.

PSAL.

Psal. XXXVI.

Vers. 8. יִחַ֫ל & יָ֫חֵל. 9. יִרְשׁוּ Fut. 2. Kal pro יִחֲלוּ & יִירְשׁוּ / Tertia thematis ה in Jod mobile, quod in primo habet Kamets, in altero, scheva: quia illud, penacutum, hoc, acutum est, 1. 32. 2. in fine.

13. דָּחוּ / 1. 35. 10.

Psal. XXXVIII.

Vers. 2. נִחֲתוּ *descendere factæ sunt, defixæ sunt*, Præt. Niphal pro נִנְחֲתוּ à נָחַת /

7. נַעֲוִיתִי Præt. Niphal 1. 32. 23.

Ibid. שַׁחֹתִי / 1. 25. 5.

21. רָדְפִי / leg. *rodphi*, vau redundante.

Psal. XXXIX.

Vers. 12. וְתַמֵּס Fut. 2. hiphil pro תַּמְסֵה à מָסָה / non à מָסַס / ut in margine Bibliorum Interlin. positum est, quamvis eadem significent. ¶ 14. הָשַׁע / 1. 22. 6.

Psal. XLI.

Vers. 3. יְאֻשָּׁר legitur וְאֻשַּׁר illud Fut. hoc præteritum phual est.

4. דַּוְיוֹ *languoris*, Nomen absolutum à דַּוֶּה lib. 1. cap. 33. formâ 15.

5. רְפָאֵה / 1. 28. 11.

PSAL. XLII.

In principio ſcribitur סֵפֶר שֵׁנִי *liber ſecundus*. Dividunt enim Ebræi Pſalterium in libros V. quorum tres priores finiunt in אָמֵן וְאָמֵן / quartus & quintus in *haleluja*.

6. אֶהֱלְכֵם *incedam cum illis*, Fut. 2. hithphael cum affixo, vide autem de hac Syntaxi 2. 4. 55. Eſt autem pro אֶתְהַלֵּךְ / 1. 16. 1. à הָלַךְ /

PSAL. XLIV.

Verſ. 18. שִׁכַּחְתָּנוּךָ Præt. Kal pro חָ /

20. תַּנִּים contractum pro תַּנִּינִים / ex ſing. תַּנִּין / ¶ 27. עֶזְרָתָה / 2. 8. 6.

PSAL. XLV.

Verſ. 3. יָפִיפִיתָ præteritum planè irregulare à themate יָפָה duplicatis duabus prioribus literis thematis, vulgò ad Phual refertur. Porrò de hac literarum duplicatione vide quæ notavimus ad Num. 21. 5.

10. בִּיקָרוֹתַיִךְ pro בִּיךָ à Maſc. יָקָר Dages Euphon.

12. יִתְאַו Fut. 2. hithphaël pro יִתְאַוֶּה à ſch. אָוָה /

18. יְהוֹדוּךָ pro יוֹדוּךָ Fut. 2. hiphil à יָדָה / 3. 34. 9.

PSAL.

PSAL. XLIX.

Verſ. 15. שַׁחֵת / 1. 20, 6. imitatur Monoſyllaba geminata.

Ibidem, צִיהֵם legitur צוּהֵם videturque poſitum pro צוּרָתָם / 2. 2. 33.

PSAL. L,

Verſ. 2. מְכֻלָּל Dages Euphon.

10. חַיְתוֹ vide Gen. 1. 24.

11. שָׂדַי *agrorum*, pro שָׂדִים / 1. 6. 14. vel eſt pro ſing. שָׂדֶה *agri*. ut Pſ. 96 12.

18. וַתִּרְץ *acquieſcis*, Fut. 2. Kal pro וַתִּרְצֶה / 1. 32. 12. D. Piſcator reddit cum vulg. *curris cum eo*, & legit וַתָּרֶץ à רוּץ *cucurrit*. Sed nulla cogit neceſſitas. ¶ 23. יְכַבְּדָנְנִי / 2. 4. 37.

PSAL. LI.

Verſ. 4. הָרָבֵר legitur הָרָב / Scrib. הַרְבֵּה Fut. 1. hiphil, illud cum Apocope, hoc integrum.

7. יְחַמַּתְנִי Præt. Phiel fœm. gen. cum affixo. Sine eo eſſet יְחַמָּה vel יַחַם à th. יָחַם /

PSAL. LII.

Verſ. 7. יַחֲתְךָ *abripiat te*, Fut. 2. hiphil non à חָתַר ut in margine Interlin. traditur, ſed à חָתָה /

Psal. LV.

Vers. 16. יְשִׁי *decipiat*, pro יְשִׁיא à נָשָׂא *decepit*. Scribitur cum sequenti voce, ut una; sed leguntur duæ.

22. מַחְמָאוֹת. Kimchi putat מ esse præpositionem, *præ butyris*, pro מֶחְמָאוֹת / sed præstat dicere מ esse heëmanthicum, & reddere, *butyrina*, id est, mollia, blanda.

Psal. LVI.

Vers. 7. יְצַפִּינוּ legitur יְצֻפּוּנִי atque hoc pro יְצָפְנוּ licet non sit in pausâ. Sic & vs. 14. מִדֶּחִי pro מִדַּחְיִ à lapsu. Th. דָּחֹה /

Psal. LVII.

Vers. 2. חִסְיָה pro חֲסִתָּה / 1. 32. 6.

Psal. LVIII.

Vers. 4. אֹרֵר / 1. 20. 5.

8. יִמְאָסוּ Fut. 2. Niphal, vulgò à מָסַס deducunt, ut א sit pro ס /

Psal. LIX.

Vers. 5. וְיִכּוֹנָנוּ Fut. 2. hithphaël pro יִתְכּוֹנָנוּ à th. כון / 1. 16. 1. in fine.

11. חַסְדִּי legitur חַסְדּוֹ / Scribitur חַסְדִּי /

16. יְנוּעוּן legitur יָנִיעוּ /

Psal.

PSAL. LX.

Vers. 4. רְפֵה *sana*, pro רְפָא Fut. 1. Kal. 7. עֲנֵנִי legitur עֲנֵנִי *exaudi me*. Scribitur ut *nos*.

PSAL. LXII.

Vers. 4. תְּתוֹתְתוּ Fut. 2. phoël ab הָתַת/at significationem mutuatur à nomine הוֹגֶה/ *grumna, contritio*.

Ibid. תְּרֻצָּחוּ Fut. 2. Phual pro תְּרַצְּחוּ/ Filius Naphtali legit ר ut sit Fut. 2. Phiel.

PSAL. LXIII.

Vers. 4. יִשְׁבְּחוּנְךָ pro חוּךָ Nun paragog. manet ante Affixum.

PSAL. LXIV.

Vers. 7. תַּמְנוּ vide Num. 17. ẏſ. ult. & Gramm. p. 237. in fine.

PSAL. LXV.

Vers. 6. מְבָכֶּיהָ / in Reg: retinet Camets cõtra reg: 10. תַּעֲשְׂרֶנָּה Fut. 2. hiphil cum aff. pro שִׁי/

PSAL. LXVIII.

Vers. 3. הִנְדּוֹף/ 1. 10. 38. Nota autem hic, ut & in sequenti תִּנְדּוֹף/ Nun non commutari in Dages. ¶ Ibid. הִמַּס/ 1. 25. 17. ẏſ. 13.

13. יִדְּנוּ bis pro יָדִינוּ Futurum 2. Kal à נָדַר / posterius autem habet holem pro ſjeva ob pauſam: At prius, ut poſteriori reſpondeat.

21. לֵיהוֹרָה legitur לֵאלֹהִים *Deo* / 2. 5. 4.

26. תּוֹפְפוֹרֶת pro תֻּפִּפוֹרֶת / vide Addit. 3. ad cap. 10. lib. 1. p. 226.

28. רוֹדֵם part. præſ. cum aff. pro רוֹדֶם / Th. eſt רָהַרְ /

32. יְאַתְּיוּ Fut. 2. Kal pro יֵאָתוּ à th. אֲתָה / 1. 32. 11.

PSAL. LXIX.

Verſ. 4. נְחַר / 1. 25. 12.

21. וַאֲנוּשָׁרְ Fut. 2. Kal cum ר paragog. ab obſoleto נוּשׁ idem ſignificante quod אָנַשׁ / Alii tamen deducunt ab ipſo אָנַשׁ / ut ſit pro אַאֲנוּשׁ / vel cum ר parag. אֲאֲנוּשָׁרְ /

PSAL. LXXI.

Verſ. 12. חִישָׁרְ leg. חוּשָׁרְ *feſtina*. Fut. 1. Kal cum ר paragog.

20. ter affixum נוּ occurrit, quod legitur נִי *me*, Scribitur נוּ *nos*.

23. תְּרַנְּנָה Fut. 2. Phiel. pro תְּרַנֵּנָרְ vel תְּרַנְּנָרְ /

PSAL.

Psal. LXXII.

Vers. 14. יקר Futurum 2. Kal pro יקר / à th. יָקַר phathach in fine ob ultimam ר / 1. 10. 22. ¶ 15. יְבֹרְכֻנְהוּ pro יְהִי / 2. 4. 37. 17. ינין leg. ינון Fut. 2. Niphal à נון unde נִין *Filius.*

Psal. LXXIII.

Præfigitur titulus סֵפֶר שְׁלִישִׁי / id est, *Liber tertius.*

2. נָטָי / legitur נָטָיוּ / 1. 32. 6. Scribitur נָטוּי / quod esset part. præt. Kal.

Ibid. שְׁפָכָה legitur שְׁפָכוּ /

9. שָׁתוּ / 1. 20. 6. vide etiam Ps. 49. 15.

Ibid. תְּהַלֵּךְ Fut. 2. Kal pro תַּהֲלֵךְ /

10. יָשִׁיב legitur יָשׁוּב /

20. בָּעִיר pro בְּהָעִיר *in suscitando*, 2. 7. 10.

21. אֶתְשׁוֹתֵן Fut. 2. hithphoël pro אֶתְשַׁנֵּן à שָׁנַן / 1. 16. 2. & 1. 27. 13.

28. שַׂתִּי *posui*, 1. 20. 5. & 6.

Psal. LXXIV.

Vers. 6. עִתֵּר / legitur עַתֵּר /

8. נִינֵם pro נִינֵם / Fut. 2. Kal cum affixo, sine quo esset נִינָה à נִנָּה / ut יִפְרֵהוּ à יִפְרֶה / 1. 32. 15.

11. חֵיקְךָ legit. חִיקְךָ / ¶ 22. רִיבָה / 1. 22. 7.

Psal.

Psal. LXXVI.

Vers. 6. אֶשְׁתּוֹלֲלוּ præt. hithphaël, pro הִשְׁתּוֹלֵל à שָׁלַל / Chaldaismus.

Psal. LXXVII.

Vers. 2. הַאֲזִין Aliis est præt. pro הֶאֱ / Aliis est infinitum.

4. אֶהֱמְיֶה / 1. 32. 11.

10. חַנּוֹת / 1. 25. 10. in fine.

12. אֶזְכִּיר legitur אֶזְכּוֹר / Scribitur אֶזְכִּיר /

18. זֵרְמוּ Aliis est Phoël, *inundare fecerunt*, Aliis est Phual, *inundârunt aquæ* [e] *nubibus*, &c.

20. וַיִּשְׁבִּילֵיךָ redundat Jod.

Ibid. עֲקֻבוֹתֶיךָ Dages Euphonicum.

Psal. LXXVIII.

Vers. 17. לַמְרוֹת / Infin. hiphil, pro לְהַמֵּ 2. 7. 10. à th. מָרָה /

Post ℣s. 35. scrib. חֲצִי סֵפֶר *medium libri.*

63. הוֹלָלוּ Præt. Phual, pro הֻלְלוּ /

Psal. LXXIX.

Vers. 2. לְחַיְתוֹ / vide ad Gen. 1. 24.

10. בַּגּוֹיִם / legitur בַּגּוֹיִם /

Psal. LXXX.

Vers.10. שְׁרַשֶׁיהָ vel est pro שָׁרְשָׁהּ à שֹׁרֶשׁ / ut jam aliquoties annotavimus, aut est à שָׁרַשׁ / ut פָּרַשׁ *Eques* formæ גָּנַב / 1.6.4.

12. קְצִירֶהָ deest Jod.

14. מִיַּעַר litera y in accuratis codicibus suspensa est. Thalmudici ajunt hanc esse mediam literam Psalterii, ac ideo suspensam. Vide aliam rationem apud Buxt. in Dictionario, voce יַעַר. Sunt qui putant 70. annos Exilii Babylonici eâ denotari.

16. וְכִנָּהּ majusculum chaph. rationes, quas afferunt Judæi, ineptæ sunt.

Psal. LXXXV.

Vers.4. מֵחֳרוֹן quidam volunt esse Infin. Kal, *ab æstuando*, ne æstuaret, pro מֵחֳרֵהּ à th. חָרָה / Alii volunt esse nomen, pro מֵחָרוֹן / ut sit Enallage status contracti pro absoluto.

5. שׁוֹבְבֵינוּ redundat Jod, sic & ℣. 7. in תְּחַיֵּינוּ /

Psal. LXXXVIII.

Vers.9. בָּלָא part. præt. Kal, pro בָּלוּא /

16. אֶפְוֶנָּה Fut. 2. Kal, cum ה paragog. Vulgò deducunt à אֶפֶס / *ne, ne fortè.*

℣. 17.

17. צִמַּחְתִּנִי Præt. Phiel, pro צִמַּחְתָּנִי putant ת geminatum ad auxesin.

PSAL. LXXXIX.

Vers. 10. בְּשׁוֹא Infin. Kal cum præpositione ב / Est a. pro נְשׂוֹא aut שְׂאֵת à נָשָׂא /

18. תָּרִים / leg. תָּרוּם *exaltabitur*, scrib. תָּרִים *exaltabis*. utrumque quadrat.

23. יְשִׁיאֶנּוּ Fut. 2. hiphil pro יִשָּׂא /

29. אָשְׁמֹר In hac lectione cum Maccaph redundat ו / Alias punctandum esset אֶשְׁמוֹר /

45. מִטַּהֲרוֹ pro מִטָּהֳרוֹ ex absoluto מִטָּהֳר / Dages Euphon.

PSAL. XC.

סֵפֶר רְבִיעִי *liber quartus.*

8. שַׁתָּ / legitur שַׁתָּה à שׁוּת /

10. נָעַפְתָּ Fut. 2. Kal cum ת paragog. & (ּ) pro ו /

PSAL. XCI.

Vers. 12. יְשָׁוּנְךָ / 2. 4. 39.

PSAL. XCII.

11. כִּרְאֵי redundat Jod.

Ibid. בָּלוֹתִי *perfusus sum*, cum accentu in ultimâ præter morem, præt. Kal à בָּלַל /

PSAL.

Psal. XCIV.

Vers. 20. הֲיִחְבְּרְךָ *an sociabitur tecum?* Fut. Phual יְחֻבַּר cum affixo præter morem, 2. 4. 55. Dages ex ב excidit & (ֻ) breve pro Kibbuts.

Psal. XCVI.

Vers. 3. legitur אֶת ante כְּבוֹדוֹ / at non scribitur. 12. שָׂדִי pro שָׂדֶה *ager.*

Psal. XCIX.

Vers. 6. קוֹרְאִים part. præs. pro קוֹרְאִים / 1. 36. 11.

Psal. C.

Vers. 4. חֲצֵרוֹתַי pro חֲצֵר ex sing. חָצֵר / Tsere aliquando retinetur, aliquando in çeva transit.

Psal. CI.

Vers. 5. מְלָשְׁנִי meloçni, in in hac lectione redundat vau, part. præs. Phoël, pro מְלוֹשְׁנִי Est autem Jod paragog.

Psal. CII.

Vers. 4. נֶחֱרוּ Præt. Niphal pro חָרַר / 1. 25. 12.

5. הוּבַּר pro הֻבַּר præt. Hophal à עָבַר/

10. שִׁקְוֵי plur. masc. שִׁקּוּיִם cum aff. 1. 6. 7. Th. est שִׁקֻּרַי/

14. לְחַנְּנָהּ pro לְחַנְּנָהּ Infin. Phiel cum affixo.

28. יִתְמוּ Fut. 2. Niphal pro יִתַּמּוּ ob pausam, atque hoc rursus pro יִתַּמּוּ ut infra. Ps. 104. 35. vide 1. 25. 16.

Psal. CIII.

Vers. 4. 5. 6. occurrunt affixa cum Jod paragogico, 2. 2. 10.

Psal. CIV.

Vers. 11. חֶבֶל נַחֲלָתְכֶם supràdictum est de his.

29. תֹּסֵף *colligus* Fut. 2. quasi esset à סָפַף in hiphil, habet tamen significationem ab אָסַף/ ut sit Fut. 2. Kal pro תֹּאסֵף ab אָסַף/

Psal. CV.

Vers. 18. רַגְלוֹ/ legitur רַגְלוֹ *pedem ejus*, ac tunc redundabit Jod, Scribitur רַגְלָיו *pedes ejus*. Sic & Ps. 28. in דְּבָרָיו. In fine Ps. 106. scribitur, סֵפֶר חֲמִישִׁי *Liber quintus*.

Psal. CXIII.

Vers. 5. 6. 7. 8. 9. occurrunt aliquot participia cum Jod paragog.

Psal

PSAL. CXIV.

Vers. 8. תַּהוֹפְכִי Iterum Jod paragog.
Ibid. לְמַעְיְנוֹ? cum vau paragog. pro מַעְיָן /

PSAL. CXVI.

Vers. 3. מְצָרֵי *angustiæ*, plur. ex singulari מְצַר th. est צָרַר / hinc fit quod (ר) sub צ non admittat contractionem secundariam. Est enim pro phathach & Dages.
6. פְּתָאִים / 1. 6. 7.
Ibid. יְהוֹשִׁיעַ / 1. 12. 15.
7. bis rursus occurrit Jod paragog. post affixum ךָ /
12. תַּגְמוּלוֹהִי Affixum Chald. pro יָ /
15. הַמָּוְתָה est cum ה parag. pro מָוֶת /
16. מוֹסַרְ praeter analogiam retinet tzeri, esset enim סָ à th. יָסַר /

PSAL. CXVIII.

Vers. 10. אַמִילֵם Fut. 2. hiphil cum aff. pro לֵם ob pausam 2. 10. 12. Interlin. habent לֵם / At Veneta לֵם Sic & ψ. 11. 12.
14. זִמְרָת 2. 1. 41 in fine, nisi fortè sit cum apocope pro זִמְרָתִי *carmen meum.*
16. רוֹמֵמָה Adject. pro רוֹם à רוּם /
18. יִסּוֹר pro יִסֵּר /
23. נִפְלָאוֹת / 1. 28, 20.

Psal. CXIX.

Vers. 14. עֵדוֹתֶיךָ octies occurrit in hoc Psalmo, plur. à sing. עֵדוּת/ quod adde ad §. 15. cap. 7. lib. 1. At à עֵדָה synonymo est עֵדוּת/ Th. utriusque עוד/

18. גַּל *revela* est à גָּלָה 1.35.4. At גָּל Ps.22. *devolve*, est à גָּלַל 1. 25. 7.

50. נֶחָמָתִי ex absol. נֶחָמָה/ non mutat(ר) sub ח/ quia est ex affectis Dages, quod in ת absorbetur. 1. 7. 9.

101. כָּלֵאתִי pro כָּלָא/ 1.36.10.

117. אֶשְׁעֶה pro עָשַׁע 1.36.10.

148. לָשִׂיחַ pro לָהָשִׂיחַ 2. 7. 10. Inf. hiphil.

167. וָאֹהֲבֵם 1.10. 21. Fut. 2. cum Affixo.

Psal. CXXI.

Vers. 6. יִכְּבָה 2. 14. 38. Th. est נָכָה/ Futurum 2. hiphil.

Psal. CXXVII.

Vers. 2. שְׁנָא pro שִׂנְאָה/

Psal. CXXVIII.

3. פֹּרִיָּה part. præs. pro פּוֹרִיָּה/ 1. 32. 19.

Ibid. אִשְׁתְּךָ uxor tua, Masora notat non extare amplius cum (*) Dicimus enim אִשְׁתּוֹ אִשְׁתְּךָ/ &c.

Psal.

Psal. CXXXII.

Vers. 4. שִׁנָּה pro שְׁנָה / 2. 1. 41. in fine.
6. שְׁמַעְנוּהָ pro עָ /

Psal. CXXXV.

Vers. 7. מוֹצֵא *educens*, part. præs. hiphil pro מוֹצִיא à יָצָא /
9. בְּתוֹכֵי pro בְּתוֹכֵךְ / 2. 2. 10. in fine.

Psal. CXXXVII.

Vers. 3. תּוֹלָלֵינוּ Jun. & Pisc. reddunt *contumulatores nostri*, & deducunt à תָּלַל /
6. in אֶזְכָּרֵכִי iterum Jod paragog.
7. עָרּוּ Fut. 1. Phiel à עָרָה / 1. 35. 4.

Psal. CXXXVIII.

Vers. 6. יֵדַע Aliis est Fut. compositum ex Kal & Phiel, Aliis est hiphil, pro יְהֵידַע ut imitetur formam הֵיטִיב & ה characteristicum revocetur 1. 12. 15. Aliàs in hiphil suum Jod in holem commutat, הוֹדִיעַ /
8. תָּרֵף / 1. 34. 8.

Psal. CXXXIX.

6. פְּלִיאָיָה legitur פְּלִיאָה / trajectæ sunt consonæ.
20. יְמָרוּךְ pro יא / 1. 10. 21.

Ibid. נְשׂוּא pro נְשָׂאוּ / vel ut גְּלוּ / cum א paragog. Th. נְשָׂא /

Psal. CXL.

Vers. 10 יַכְסוּמוֹ In hac lectione redundat Vau, *teget eos*, Scribitur autem juxta consonas יְכַסּוּמוֹ *tegent eos*.

11. יִמּוּטוּ legitur יְמוּטוּ Fut. 2. Niphal à מוט /

Psal. CXLI.

Vers. 2. מַשְׂאַת ex Asol. מַשָּׂאַת / Th. נְשָׂא / Dages excidit ex שׂ /

3. שָׁמְרָה *custodiam*, nomen formę תָּכְמָה *chochma*. Sic & נִצְּרָה formæ שִׁפְחָה juxta Piscat. nisi quod sit Dages Euphon. in נ / At melius refertur ad Fut. 1. Kal pro נְצוֹר *observa*, cum ה paragog. 1.10.8. לְ autem videtur esse pro דֶּלֶת *janua*, per Apocop. aut ut sit ejus synonymum, sic ergo verto versum cum Kimchio, Anglis, Genev. Deod. Pagn. &c. *Pone custodiam ori meo:* * *observa ostium labiorum meorum.* Vide collationem nostram Biblicam.

* Pisc. observationem ad ostium, &c.

5. יָנֻי 1. 29. 5. ¶ 8. תְּעַר 1. 35. 6.

Psal. CXLV.

Vers. 8. יְגְדֹּל Duplex lectio, una cum Maccaph, & legitur גְּדֹל *gdol*, vau redundante,

dante. Altera, נָדוֹל extra Maccaph.

PSAL. CXLVII.

Vers. 1. נָאוָה vide Gramm. p. 237.

2. נִדְחֵי *expulsos*, deduco à נָדַח / ut sit Part. Niphal ex נִדָּח נִדָּחִים /

Numerus versuum 2527. Et medius est וַיַּפְתּוּהוּ Ps. 78. 36.

PROVERBIA.

CAPUT I.

VErs. 1. notat Masora literam מ in מִשְׁלֵי esse majusculum. Ajunt a. Ebræi hoc factum ad indicandam excellentiam sapientiæ, &c.

4. פְּתָאִים / 1.6.7. ¶ 10. תֹּבֵא / 1.32.15.

20. תָּרֹנָּה *clamat* 1. 25. 9.

22. תְּאֶהֱבוּ *diligetis*, Fut. 2. Kal pro תְּאֹהֲבוּ /

27. כְּשׁאוֹה / legitur כְּשׁוֹאָה / trajectis consonis.

28. ter manet Nun parag. ante affixum נִי 2. 4. 37.

CAPUT II.

Vers. 7. וְצָפוֹן legitur יְצֻפוֹן /

11. תִּנְצְרֻנְךָ / 2. 4. 38.

CAPUT III.

Vers.8. שְׂרָדָה Dages in ר præter morem. Sic etiam Jez. 16, 4..

12. אֶרֶז cum accentu & segol, præter normam, debebat enim esse tsere. Tria ejusmodi observavit Masora, hîc & Ps. 47. 5. & Ps. 60. 2. contrà omne אֶרֶז ante Maccaph, habet segol, præterquam Job. 41. ỳs. ult. ubi tamen Interlin. & Steph. non habent Maccaph.

15. מִפְּנֵיהֶם / legitur מִפְּנֵיהֶם /

28. יְרֵכָה redundat Jod in hâc lectione, aliàs punctandum fuisset יָרֵךְ *manum tuarum.*

30. הָרוּפּ legitur תָּרִיב / Scribitur תָּרוּב /

34. עֲנֵיהֶם / legitur עֲנִיִּים / Scrib. עֲנֵיהֶם /

CAPUT IV.

Vers.3. לִפְנֵי *coram*, Alia lectio לִבְנֵי *inter filios.*

8. תְּכַבְּדֵךְ ita Veneta & Interlin. At Editio Stephani תְּכַבְּדֵךְ quod regulare est.

13. נִצְּרֶהָ *custodi eam*, quidam codices habent Dages Euphon. in ץ / Est autem Fut. 1. Kal pro נְצֹר *notz-re-ha* ex נָצוֹר /

16. יִשְׁנֵי pro יָשֵׁן, Fut. 2. Kal à יָשַׁן /

Ibid. יִקְשְׁלוּ / legitur יִכָּשְׁלוּ / Scrib. יִכָּשְׁלוּ /

ỳs. 21.

21. יִלִּיז Fut. 2. hiphil pro יָלַל à לוז / 1. 20. 2.

CAPUT V.

Vers. 22. יִלְכְּדֻנוֹ *capient eum*, pro יִלְכְּדוּהוּ / Ad vocem יִלְכְּדוּ primò accedit Nun paragog. ן insuper in (ו) verso, יִלְכְּדֻן / ac postmodum accedit affixum tanquam ad vocem consonâ finitam.

CAPUT VI.

Vers. 14. מְרָנִים / legitur מְרָנָּיִם / Scribitur מְרָנִים quod extat Ysa. 19. utrumque *contentiones* significat, à th. רנן / singulare vulgò ponitur מָרוֹן / 1. 6. 32. Aliquando scribitur מִדְנִים / At legitur מְדָנִים / vide infrà, 21. 9. & 18, 19. &c.

CAPUT VII.

Vers. 8. פְּנֻדֹּת pro פְּנָתֹת / 2. 2. 33.
11. הוֹמְיָה pro הוֹמָה / 1. 32. 19.
13. הַעֲזָה / 1. 27. 3.
19. אִי ponitur pro לֹא /
21. הַפְּתֹתֵי / 2. 4. 16.
25. יִשְׁטֹ / 1. 32. 13. ¶ Ibid. תִּתַּע / 1. 32. 12.

CAPUT VIII.

Vers. 3. תִּרְנָה vide cap. 1. 20.
17. אֲהֻבִּידֹת *diligentes me*, in hac lect. re-

dundat ה / at ſcrib. אֹהֲבֶיהָ *diligentes eam*, אֹהֵב / 1.20.21. eſt a. ה pro ה ob pauſam.

24. נִכְבְּדֵי pro נִכְבְּדֵי Part. præſens Niphal ex abſ. נִכְבָּדִים / Sed reſolvitur hîc (ר) in phathach & dages, ad inſtar נִמַּל / 1. 6. 9.

29. בְּחוּקוֹ pro בְּחֻקּוֹ quod extat verſ. 27. Infinitum Kal חק cum affixo & præpoſ. Th. eſt חֻקָּק / 2. 4. 50. in fine.

13. חוֹמִירָה ut ſupra 7. 11.

35. מָצָאי redundat Jod.

CAPUT XI.

Verſ. 3. וְשָׁדַם legitur יִשְׁדֹּם *vaſtabit eos*, Fut. 2. Kal cum aff. ex יָשׁוֹד / Th. שָׁדַד /

15. רַע יִרּוֹץ *conterendo conteretur*, utrumq; eſt à רָעַע & quidem alterum eſt Fut. 2. Niphal, alterum Inf. Kal pro רוֹעַ / 1.25.10.

25. יוֹרֶא aliis eſt nomen, *pluvia*, Aliis Fut. 2. hiphil, *jaciet*, *profundet*; ut א ſit, א eſt pro ה / Th. יָרָה /

CAPUT XII.

Verſ. 14. יָשׁוּב legitur יָשִׁיב / Scrib. שׁוּב /

CAPUT XIII.

Verſ. 20. הֹלֵךְ *ambulans*, legitur הוֹלֵךְ / trajectæ ſunt conſonæ. ¶ Ibid. וְחֻכַם *ô ſapiens eſto*, legitur יְחֻכַּם *ſapiens erit*.

CAPUT

CAPUT XIV.

Vers. 3. תִּשְׁמוֹרֶם Fut. 2. Kal cum aff. pro תִּשְׁמְרֵם /

21. עֲנִיִּים / legitur עֲנָיִים /

CAPUT XV.

Vers. 13. נִבְאֶרֶת Fœm. quasi à masc. נִבְאֶה / ut à טָמֵא *immundus*, fœm. טְמֵאָה / masc. tamen est נְגֶרֶת unde fœmin. esset נִגְרֶת ut יָפֶה יְפֶה / 1. 7. 5. occurrit & infra 17. 22. & 18. 14.

14. וּפְנֵי legitur וּפִי *& os*, Scribitur וּפְנֵי *& facies.*

CAPUT XVI.

Vers. 5. נִבְהַת constructum ex abs. נִבְהָה / est autem per contractionem pro נִבְהֵה / 1. 2. 23. in fine. Post ℣ 1. 17. ponitur sine punctis חֲצִי סֵפֶר *medium libri.*

27. שִׁפְתֵי legitur שִׂפְתוֹ *labium ejus*, Scrib. שִׂפְתָיו labia ejus.

28. נִרְגָּן notat Masora parvum esse hoc Nun finale.

CAPUT XVII.

Vers. 4. מֵרֵע / 1. 22. 13.

Ibid. מֵרִיעַ pro מֵאֲרִיעַ Part. præs. hiphil.

℣ 1. 10.

10. תֵּחַת *descendet*, 1. 10. 23.

13. תָּמִישׁ legitur תָּמוּשׁ / Scribitur תָּמִישׁ /

25. מָמֵר *amaritudo*, à מָרַר / Refer ad formam 20. cap. 26. lib. 1.

27. וְקַר *& frigidus*, legitur יְקַר *pretiosus*.

Caput XVIII.

Vers. 16. מַתָּן pro מַתַּן Est enim in regim.

Caput XIX.

Vers. 7. כָּל legendum est *chal*. Vide quæ notavimus ad Ps. 35. 10. Malè autem omissus est accentus in Interlinearibus. Et contra in Venetis magnis Ps. 22. 15. malè additus est. Bis enim tantum sic occurrit. Vide Masoram parvam ad Ps. 35. 10.

Ibid. מֵרֵעֵהוּ Ita Ven. & Interl. At Steph. & Thes. Pagn. מֵ / Sed malo מֵ / 2. 2. 20.

Ibid. לֹא *non*, legitur לוֹ *ei*.

16. יָמֵת legitur יָמוּת *morietur*, & tunc trajectæ sunt consonæ. Scribitur יָמֵת *occidetur*.

19. גְּדֹל legitur גְּדֹל *gedol*, per daleth. Scribitur per Reç גֹּרָל *sors*.

Caput XX.

Vers. 4. יְשָׁאֵל legitur וְשָׁאַל / Scrib. יְשָׁאֵל Sensus idem.

Vs. 16.

16. נֵכְרִים legitur נָכְרִיָּה *extrancâ*, Scrib. נֵכְרִים *extraneus*.

Ibid. חַבְלֹהוּ Fut. 1. Phiel cum aff. *pignerare eum*, Dages excidit ex ב / 1. 2. 31. Alii volunt esse nomen, *pignus ejus*, pro חַבְלוֹ à חֶבֶל / Quod autem Mercerus in notis & in addit. ad thesaurum Pagn. dicit esse pro חִבַּלְתּוֹ ex חָבַל Futuro 1. Kal finito phathach, stare non potest. Ista enim mutant phathach in Kamets cum affixis, ut dicendum fuerit חַבְלֹהוּ / 2. 4. 26. Sic & infra, 27. 13.

20. בְּאֵישׁוֹן in hac lect. redundat Jod, At scribitur אִישׁוֹן Eadem utriusque significatio est.

25. יָלִיץ Fut. 2. hiphil pro יָלִיעַ à th. לוּעַ /

Caput XXI.

Vers. 7. יִגְזְרֵם *dissecabit eos*, Fut. 2. Kal cum aff. à גָּזַר /

22. מִבְטַחָה / 2. 2. 17. Excidit autem Mapphik ex ה / est enim affixum.

Caput XXII.

3. וְיִסְתָּר leg. וְנִסְתָּר illud Fut. 2. Kal, hoc Part. vel præt. Niphal est. Sensus idem.

7. & 15. occurrunt duo futura cum ו redundante ante Maccaph.

28. תַּסִּג /

28. תַּסֵּג / in margine interlin. thema apponitur סוג / quasi esset Fut. 2. hiphil pro תָּסֵג vel תָּסִיג vide 1. 20. 2. Sed deduxerim potius à נָסַג / Sic & cap. 23. 10. ut נָגַשׁ /

CAPUT XXIII.

Vers. 3. תִּתְאַוֵּרְ pro תִּתְאַוֶּרְ / 1. 36. 5.

24. גּוֹל legitur גִּיל Scrib. גּוֹל / Illa sunt hiphil, hæc Kal.

Ibid. יוֹלֵד legitur וְיוֹלֵד vau legitur, at non scribitur. Contrà in sequenti voce וְיִשְׁמַח / vau scribitur, at non legitur, ac proinde in Venetis & Steph. non punctatur. Ergo transpositum est vau.

26. תִּרְצְנָהּ legitur תִּצְּרְנָהּ *custodiant*, transpositæ sunt literæ.

31. בַּכִּיס legitur בַּבּוּס *in poculo*, Scribitur בְּכִיס *in crumenâ*, quod neutiquam quadrat. Ad hunc locum dicemus aliquid risu dignum in Dissert. de Keri & Chetib.

CAPUT XXIV.

7. רָאמוֹרְ / 1. 20. 12.

10. כֹּחֲכָרְ pro כֹּחֵךְ à כֹּחַ *robur* 2. 2. 7.

14. * דְּעֵרְ Aben. vult esse Imperat. cum ר parag. pro דְּעֵרְ / ex דַּע / quod à יָדַע. Alii volunt esse Infinit. anomalum pro דָּעַת /

17. וּבְכַשְׁלוֹ pro וּבְהִכָּשְׁלוֹ Inf. Niphal, 2. 7. 10.

27. וּמִירְ

* In Interlin. malè scribitur cum ו sere sub ע.

27. וּבָנִית *& ædificabis* pro תָּ / Atque ita extat in Venetis. Sed Interlin. & Steph. habent וּבָנִיתָ / quam ſcriptionem alteri prætulerim.

28. וַהֲפִתִּית Aliis ה eſt interrogativum, & reliquum Præt. Phiel à פָּתַר / Aliis ה eſt character עז hiphil, ut ſit compoſitum ex duobus ordinibus פָּתַר & פִּתַּר / pro הֲפִתּוֹתָ /

CAPUT XXV.

5. 6. הָגוֹ / 1. 32. 17.

14. מִפְתַּר ex abſ. מַפְתֵּר à th. נָתַן Et caput & calcem deperdit.

19. רָעֵה adject. à רָעַע /

Ib. מוּעָדֵי Part. preſ. Phual pro מוֹ à מָעַד /

CAPUT XXVI.

7. רַלְיָה / 1. 35. 4.

18. כְּמִתְלַהֲלֹתוֹ à th. לָהַר ſimile eſt עז הִתְמַהְמַהְתָּ / 1. 32. 4.

CAPUT XXVII.

10. רֵעֵה legitur רֵעַ redundante Vau, Scribitur רֵעֶה /

13. חַבְלֹתָי vide ſuprà, 20. 16.

15. נִשְׁתְּוֵה participium compoſitum ex Niphil & hithphaël, à th. שָׁוָה /

17. יחד

17. יִחַר *atuitur*, Fut. 2. Kal, in pausâ pro יַחַר atque hoc cum Apocope, pro יַחֲרֵד 1. 32. §. 10. & 12.

20. וַאֲבַדֹּה legitur אֲבַדּוֹ / pro quo communiter dicitur אֲבַדּוֹן /

24. רֻוֹר legitur רֻוֹר /

CAPUT XXVIII.

8. וּבְתַרְבִּית redundat ב /

16. שְׁנָאי In hâc lectione redundat Jod.

17. ד in אָדָם minusculum est, ad indicandum, inquiunt Ebræi, miseriam ejus, qui tenuiores fraude aut vi oppressit, vel reatu effusi sanguinis innocui tenetur, indignum eum esse qui vocetur אָדָם homo, &c. Buxt.

CAPUT XXX.

6. תּוֹסֵף Fut. 2. Hiphil pro תֹּסֶף atque hoc pro תּוֹסִיף ob accentum retractum, 2. 9. 15. in fine. Sic contrahitur syllaba segolata in נֹדֶךְ pro נֶדֶר / קְשֹׁט *veritas*, pro קֹשֶׁט quod imitantur חֲטֹא pro חֵטְא & שֹׁוְא /

14. מְלַחֲעוֹתַי pro מְלַחֲעוֹתַי / à th. לָחַע /

15. הַב *Da*, Masora magna notat hîc minusculum ב / *Sanguisuga*, inquit Buxt. *hominis avari symbolum est, cujus filiæ quatuor elocantur, earum facultates exuguntur & minuun-*

minuuntur. Si quando tenuiori benefacit, nunquam gratis facit, sed semper per filias Da Da *duplum repetit, donec ille ad extremam diminutionem redigatur, quod litera minuta denotat.* Hæc est Ebræorum conjectura.

17. לִיקְהֶרֶת pro לִיקְהֶרֶת Dages Euphon.

18. אַרְבֶּעַ / deest ר.

CAPUT XXXI.

2. בְּרִי *fili mi*, Absolutum est בַּר / Chaldaïcum non reperitur amplius cum affixis, estque valde irregulare. Masora notat bis reperiri, sed in diversâ significatione, siquidem Job. 37. 11. est compositum ex præpositione ב & nomine זַר *irrigatio*, à th. זָרַר vide Gram. p. 124. form. 12.

Ibid. מֶרֶ vide Exod. 32. 1.

3 לַמְחוֹת pro לְהַמְחוֹת / 2. 7. 10.

Ibid. מְלָכִין / 1. 6. 14.

4. שִׁרְתוֹ / 1. 32. 17.

Ibid. אִוֵּ *desiderium* à th. אָוָה formæ 7. p. 124. At legitur אִי / quod alii accipiunt pro אַיֵּה *ubi*, non convenit Regibus, aut absit à regibus dicere, *ubi est Sicera*, Alii accipiunt pro אִין quod hîc non quadrat. D. Iunius scripturam prætulit.

16. נְטָע In hac lectione deest ה / Scribitur ergo נְטָע / legitur נְטָעָה /

18. בַּלֵּיל legitur לָה Scribitur בַּלַּיל/

27. צוֹפִיָּה/ 1. 32. 19.

26. הַיִּלְכוֹרת pro הַלִּי trajectio conſ.

Numerus verſuum hujus libri 915. תּ medius eorum, *ante contritionem eſt elatio* 16. 18.

KOHELETH vel ECCLESIASTES.

Caput II.

VErſ. 2. לָה/ 1. 10. 14.

Ibid. אֲנַסֶּכָּה Fut. 2. Phiel, ſi reddas *probabo te*, erit cum affixo, pro ה/ à th. נָסָּה Sin reddas *libabo*, erit à נָסַךְ ſine affixo, & ה erit paragog.

13. כִּיתְרוֹן pro כְּיִתְרוֹן/ Simile fuit Pſ. 45.

26. לַחוֹמֵא pro טֹ/ 1. 36. 10.

Caput III.

13. מַתַּת à th. נָתַן/

18. לִבְרָם Inf. Kal. cum fine phathach & affixo à th. בָּרַר/ 1. 25. 10.

Ibid. שְׁחֵם/ 1. 8. 8.

19. bis ſcribitur מִקְרֵה cum (ֵ) in regimine, Mercerus putat legendum eſſe cum tzeri, juxta regulam 1. 6. 26.

Caput

CAPUT IV.

8. עֵינוֹ legitur עֵינוֹ /

11. יְחֻם pro יַחֵם ob pausam Fut. 2. Kal à יָחַם / juxta regulam esset יְחֵם / 1. 16. 22. sed & illic finis aliquando est (-)

14. הָסוּרִים vinctorum, pro הָאֲסוּרִים Part. præt. Kal.

CAPUT V.

5. לַחֲטִיא pro לְהַחֲטִיא / 2. 7. 10.

10. רְאִית legitur רְאוֹת /

18. מַתְּת ut 3. 13. Cap. sequenti ℣. 10. in שֶׁהִתְקִיף redundat ה /

CAPUT VII.

2. טוֹב majusculum ט / ad commendandum, inquiunt, studium & præstantiam boni nominis seu famæ.

14. עִוְּתוֹ *pervertit ipse*, pro עִוֶּרֶת הוּא Affixum pro separato pronomine nominativi casus, ut יְשָׁנוֹ *est ipse*.

17. תְּשׁוּמֶם Fut. 2. hithphoël, pro תִּתְשׁוֹמֵם 1. 16. 1. in fine.

27. מוֹצֵא pro צֵא 1. 36. 10.

Ibid. אֲסוּרִים *vincula*, Sing. אֱסוֹר / non אָסוּר. Sequenti cap. ℣. 1. יְשָׁנָא pro יְשָׁנָה /

Caput IX.

1. עֲבֹדֵיהֶם *opera eorum*, retento Kamets, ad discrimen עַבְדֵיהֶם *servi eorum*. Chaldaïcum magis est quam Ebraïcum, עָבַד Chald. est facere.

4. יִחַר *eligatur*. At legitur יִחָבַר trajectis consonis, *associantur*.

12. יְקָשִׁים / 1. 14. 18.

Caput X.

3. כְּשֶׁתִּסָּכֵל redundat ה /

5. שָׁיוֹצָאָה pro שָׁיוֹצֵא Th. יָצָא / 1.36.10.

8. יִשְׁכְּנוּ *mordebit eum*, pro יִשְׁךְ / Excidit Dages ex ש / Fut. 2. Kal à th. נָשַׁךְ /

17. אַשְׁרַיִךְ pro אַשְׁרֵיךְ *bene tibi, benè tecum agitur*, 2. 6. confer §. 15. & 19.

20. in voce antepen. redundat ה /

Caput XI.

3. יְהוּא pro יִהְיֶה *erit*.

9. וְיִטְבְּהּ abjecto vau, esset יִטְבְּהּ / 1.2.7. Abjecto affixo, יָטֵב Fut. 2. hiphil à טוב. Quod si esset à יָטַב (uti habent Interlin.) fuisset יְטִיב cum tsere, quod non mutatur in sjeva.

Caput XII.

4. יְשַׁחוּ / 1.25.16. ¶ יְהֵא pro יָהּ 2.11.2. Ibid.

Ibid. יָנֵאץ *florebit* amygdalus. Aleph redundat. Alii legunt יִנָּאֵץ *aversabitur*, & vocem sequentem vertunt, *coïtum*.

Ibid. אֲבִיוֹנָה Th. est אֶבְרָה /

6. יִרָתֵק *elongetur*, legitur יִרָתֵק *constringatur, concatenetur*, à רְתוֹק *catena*. Masora notat hoc loco, hanc unam esse ex XI. vocibus, quæ licet non scribantur per ר/ per eam tamen leguntur.

Ibid. וְתִרְצֵץ Fut. 2. Kal, pro תָּרֹץ à רָצַץ /

נָרוּץ Præt. Niph. ab eodem th. cum fine holem, 1. 25. 12.

19. לְמַד? Ita Veneta & Interlin. manifestum mendum est pro לִמֵּד præt. Phiel cum (-) loco tzeri. Et sic habet Editio Rob. Steph. in 4.

13. סוֹף majusculum ס/ ad excitandam majorem attentionem, quod hâc brevi sententiâ totius Theologiæ summa contineatur.

Numerus versuum 222. רכב/ Medius, cap. 6. 10.

Observa insuper, in plerisque Bibliis Ebraicis versum penultimum hujus libri, qui incipit à סוף/ in fine libri repeti, licet sine punctis, ne quippiam ad verbum Dei adjectum putares. Factum hoc ex Scribarum decreto in libris quatuor, quos

complectuntur voce יתקק / Jod denotat Jeſaiam, ת vero תרי עשר id eſt, librum XII. prophetarum minorum; ק prius, Koheleth; ק poſterius קינות id eſt, threnos. Quidam volunt hoc factum ob dignitatem & excellentiam penultimorum iſtorum verſuum, quaſi hac repetione eos Lectori aſſidue ruminandos proponere voluerint. Alii hanc aſſignant cauſam, quod 4. iſti libri deſinant in minas & triſtem ſermonem. Ne igitur Lector ab illorum lectione triſti & turbato animo recederet, atque ita in deſperationem incideret, penultimorum verſuum, qui ſuaves & conſolationis pleni ſunt, repetitione animum lectoris lenire atque adeo lætum dimittere voluêrunt.

CANTICVM.

CAPUT I.

VErſ. 1. שיר majuſculum ש ad indicandam excellentiam hujus cantici.

6. נחרו *irâ accenſi ſunt.* Si ſignificationem ſpectes, videtur eſſe pro נחרו Præt. Niphal à חרה /

Ibid. נוטרה / 1. 10. 28.

ז. עטיה

7. עוֹטְיָרֵי / 1. 32. 19.
17. רַחִיטֵנוּ legitur רַחִיטֵנוּ /

Caput II.

13. לָלֶכִי redundat Jod, pro לָךְ /
Ibid. יָפָתִי *pulcra mea*, Absol. fœm. יָפָת quod in regimine mutat (ת) in sjeva, יְפַת Gen. 29. 17. ut & Masc. יָפֶה / & plur. יְפוֹת / Est ergo hic anomalia magna, dum cum affixo retinetur (ת)
14. מַרְאִיךְ redundat Jod.
15. אֶחֱזוּ Fut. 1. Kal pro אִחֲזוּ / 1. 10. 11.

Caput III.

5. בִּצְבָאוֹת *per capreas*, Formatur à Masc. plur. צְבָאִים / quod non à צָבָא / sed à צְבִי / 1. 6. 7.
6. תִּימְרוֹת pro תִּמְרָה à sing. תִּמְרָה / Et sic scribitur Joel 2. 30. aut. 3. 3.

Caput IV.

9. בְּאַחַד legitur בְּאַחֲרַת /

Caput V.

2. שְׁרֹאשִׁי Masora, non extat amplius, & est cum Dages,
9. הִשְׁבַּעְתָּנוּ pro תִּינוּ ut Jos. 2. vers. 17. & 20.

CAPUT VII.

3. תַּאֲמִי *gemelli*, quasi à תְּאֹם formæ אֶהֱל/ usitatum tamen est תָּאוֹם vel תָּוֹם/ unde *Thomas*, id est, *διδυμος*, unde cap. 4. 5. תְּאוֹמִים/

CAPUT VIII.

6. שִׁלֹּהַבְתִּיזֶה/ Quidam codices legunt ut unam; quidam, ut duas dictiones. compositum est ex יה nomine Dei (quamvis hic desit Mapphik) & nomine שַׁלְהֶבֶת *flamma*, quod est à להב/ ש est litera prosthetica. Vide Diction. Buxt. & Pagn.

10. מוֹצֵאֶת/ 1. 28. 5.

Numerus versuum 117. קיז/ Medius, *Nardus & Crocus*, 4. 13.

IESAIAS.

CAPUT I.

VErs. 4. מְרֵעִים/ 1. 22. 13.

6. זֹרוּ Aliis est Præt. Kal à זור ex fine holem, ut טוֹבוּ 1. 20. 5. Aliis Phual à זֹרָה/

12. לְרָאוֹת 2. 7. 10, Inf. Niphal à רָאָה/

15. Vox prima, 2. 4. 48.

16. הוֹבִיעוּ

16. הִזָּכְרוּ Fut. 1. hithphael pro הִתְזַכְּרוּ 1.16.1. in fine, Th. זָכַר /

21. מְלֹאתִי Jod paragog. pro מְלֹאת /

31. פּוֹעֲלוֹ si reddas *opus ejus*, erit vel à forma פּוֹעַל / vel est pro פָּעַל a פֹּעַל / Sin reddas *operator ejus*, est Partic. & regulare.

CAPUT II.

9. וַיִּשַּׁח Fut. 2. Kal à שָׁחַח / 1.32.12.

11. וְשַׁח Præt. Kal à שָׁחַח. Nota benè, שׁח & שָׁחַח & שָׁחָה affines habent signific. Vide Grammat. p. 232.

CAPUT III.

